



FRANCISCI ARNOLDI REICHE ⁴⁹⁹
RIMBECENSIS 1797, 5

COMMENTATIO 17

SISTENS

EXPLORATIONEM QVAESTIONIS

QVAENAM SIT VIS INVESTITVRAE
EVENTVALIS, ACCEDENTE VASALLI PRINCIPALIS
CONSENSV IMPETRATAE?

IN CONCERTATIONE
CIVIVM

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE

DIE IV. JVNII MDCCXCVII.

PRAEMIO REGIS M. BRITANNIAE AVG.

MVNIFICENTIA CONSTITVTO

AB

ILLVSTRISSIMO IVRECONSVLTORVM ORDINE
ORNATA.

*In ipsis rebus, quae discuntur et cognoscuntur, inuitamenta insunt, quibus ad
discendum cognoscendumque mouemur.*

CICERO.

GOTTINGAE

TYPIS IOANN. CHRISTIAN. DIETERICH.

FRANCISCI AUSTRIACI REGNI

COMITATUS

SYSTEMA

EXPLORATIONEM QUAE

VARIAM SIT VIS INVESTIGARE
MATERIALIS ACCIDENTE
CONSUSU IMPERATORIS

IN CONCEPTU

CIVILIS

NORDMANNIAE GEORGIAE

DIE 10 JUNII 1788

PRAEFATIO REGIS IN BRITANNIA

EXCELLENTIA CONSISTIT

AB

ILLUSTRISSIMO IRRECONSULTORUM ORDINE

ORNATA

In hoc tractatu dicitur de rebus, quae in

LIBRO

COTINGAE

FRANCISCI AUSTRIACI REGNI



CONSPECTVS.

CAP. I. *Fata doctrinae de vi consensus vassalli principalis in inuestituram feudi sui euentualem.* Rationes, ex quibus hic consensus expetendus videbatur, fuere: (§. I.).

I. quod olim opinio obtinebat, eum ad substantiam huius inuestiturae necessario pertinere.

a) propter iuris Romani scita, male applicata (§. II. et III.).

b) propter ortum exinde iurium Feudalium diffidium:

α) in Italia, pugnantibus inter se Placentinorum et Mediolanensium opinionibus (§. IV.).

β) in Germania: aduersantibus sibi

αα) opinione Saxonum (§. V.)

ββ) et Alemannorum (§. VI. et VII.).

II. quod idem consensus postea *utiliter* inuestiturae accedere posse videbatur:

a) propter iuris Feudalis Longobardici scita.

b) praesertim ex quo inuestitura Saxonum simultanea inualuit (§. VIII. et IX.).

CAP. II. *De natura et indole consensus vassalli in inuestituram alterius euentualem.*

A. De pactis contractui adiectis

a) generatim (§. X. XI. et XII.)

b) de pactis adiectis contractui Feudali siue *de lege inuestiturae* (§. XIII.).

B. De consensu vasalli in inv. eventualem, considerato quoad

- I. eius naturam, tanquam *pactum* (§. XIV.).
- II. partes pacifcentes et an iuste ita secundum leges Feudales pacifci queant (§. XV. et XVI.)
- III. modum, *pactum* hoc ineundi (§. XVII.)
- IV. finem eius, in *fauorem tertii* (§. XVIII.).

CAP. III. *De obligationibus, ex inuestitura tali, per pactum cum vasallo principali concessa, respectu utriusque pacifcentium erga inuestitum descendentibus.*

A. *respectu vasalli principalis, consideratis:*

- I. *obligationibus*, ab hoc susceptis (§. XIX. vsque ad XXII.)
- II. *iuribus* inuestito exinde competentibus (§. XXIII. et XXIV.).

B. *respectu successorum domini directi singularium.*

- a) ex natura legis inuestiturae (§. XXV. vsque ad XXXIV.)
- β) secundum legem I. F. 3. (§. XXXV. vsque ad XLIII.).

CAP. IV. *De usu et applicatione consensu vasalli principalis in S. R. Imperio, ratione habita feudorum, concessorum*

- I. ab imperatore (§. XLIV. vsque ad XLVI.)
- II. a principibus ecclesiasticis (§. XLVII. - LI.)
- III. a principibus secularibus (§. LI. et LIII.).

C A P V T I.

Fata doctrinae de vi consensus vasalli principalis in inuestituram feudi sui euentualem.

§. I.

Inuestitura euentuali feudum solius successionis causa alteri in euentum constituitur, si domino fuerit apertum *a*). Quae itaque dominium quidem eiusdem rei clientelare inuestito vna cum vasallo principali confert; attamen non nisi in euentum, quo huius prolisque suae iura fuerint extincta *b*). Idcirco opus esse nequit, vt hicce, siquidem nullam iuris sui domini vtilis laesionem nullumque praeiudicium ab eo metuere potest, cuius ius tum demum, si idem ipsi haud amplius superfuerit, nascitur *c*), in talem inuestituram consensum suum impertiat. Leges enim feudales inuestituram euentualem ignorante vasallo fieri permittunt, "*dummodo, hoc vivente, nullum detrimentum de feudo suo sibi contingat d*)." — Altera vero ex parte propter hanc limitationem vasallus inuestituram euentualem respicere non tenetur, sed ipsi potius, accedente domini directi consensu, quouis modo de feudo disponere illudque adeo alienare, nihilominus liberum est, etiamsi conditio, cuius diem ius euentualiter inuestiti attendit, euentus scilicet aperturae, quo minus vnquam existere possit, prorsus impediatur *e*). — Praeterea eadem inuestitura successorem in dominio directo, nisi eum, qui in omnia antecessoris facta et obligationes titulo vniuersali succedit, obstringere nequit, ita vt eueniente aperturae casu eam impleat. Nemini enim vltra vitae terminos in praeiudicium alterius disponere licet, qui beneficio eius dominium directum nequam nactus est; nec ideo inuestitura euentualis in regula quidquam operatur, nisi euentus aperturae vivo domino inuestiente extiterit *f*). — Facile igitur est cogitatu, eos, qui in hunc euentum ad feudum vocabantur, a remotiori inde aetate spem

Praecognoscenda. Rationes, ex quibus consensus vasalli in iuv. ev. expetendus videbatur, fuerit:

ipforum fragilem firmare, inuestituraeque suae defectibus mederi studuisse. Quibus quomodo consuli queat per impetrationem consensus vasalli principalis in inuestituram euentualem, modo pertractare suscepimus. — Neque tamen huic vasalli consensui eadem semper vires attributae sunt, sed eum potius inuestiturae euentuali ex diuersis admodum rationibus olim adhibitum esse constat. Quare fata doctrinae de vi consensus vasalli principalis ante omnia nobis enarranda videntur.

- a) III. BÖHMER in princip. iuris f. §. mihi 158.
 b) *Idem* in tractatu de natura et indole expectatiuae et inv. feud. §. LVIII.
 c) I. F. 25. II. F. 35.
 d) I. F. 27. II. F. 26. §. 2.
 e) HORNIVS in iurisprud. feud. cap. XII. §. 12. STRYK de inuestitura abusiva. §. 24. III. BÖHMER de inv. simult. euent. non desider. renov. §. XXXII. not. b. STRYVEN in den rechtlichen Bedenken. Tom. I. Bed. 89.
 f) III. BÖHMER in princ. iuris feud. §. 171. I. F. 9. I. F. 25. II. F. 35. II. F. 3. III. BÖHMER de oblig. successoris ex expectatiua feudali antecess. §. 15. Cf. etiam L. 38. §. 1. D. de acquirenda vel amitt. possessione.

§. II.

I. quod ad
 substantiam
 inv. euen-
 tualis neces-
 sario illum
 pertinere,
 olim opinio
 obtinuerit.

a) propter
 iuris Romani
 principia.

Ex quibusdam enim, iuris Romani, in doctrinam feudalem etiam irrepentis, scitis, *consensus vasalli ad inuestiturae euentualis substantiam necessario pertinere visus est*. Nam, quae idem ius in L. fin. C. de pactis statuit, in euentuales inuestituras apprimere cadere, easque igitur *tanquam pacta super hereditate tertii viuentis* damnandas esse, docti olim ratiocinabantur. Quae vero lex, in inuestituram nostram praeclare quadrare credita ita eloquitur: “Nobis omnes huiusmodi (scilicet super hereditate tertii viuentis) pactiones odiosae esse videntur, et plenae tristissimi et periculosissimi euentus. Quare, enim quodam viuente vel ignorante de rebus eius quidam pacifcentes conueniunt? — Secundum veteres itaque regulas fancimus, omnimodo huiusmodi pacta, quae contra bonos mores inita sunt, repelli et nihil in his obseruari; nisi ipse forte, de cuius hereditate pactum est, voluntatem suam eis accommodauerit et in ea usque ad extremum vitae suae spatium perseverauerit, tunc enim sublata acerbitissima spe, licebit eis, illo sciente et iubente huiusmodi pactiones ferre.” Eundem tenorem pleraeque adhuc aliae leges feruant, e. g. L. 19. C. h. L. 15. cod. L. 61. D. de verb. obl. Haec itaque legum effata,

effata, iuris Romani olim peritis tam perspicua videbantur, vt euentuales inuestituras, tanquam bonis moribus contrarias, iniri veta-
rent initasque omni in iudiciis effectu exuerent. Suadente hoc
inprimis lege 4. C. de inut. stipulat. quae “ex eo instrumento
„nullam competere actionem, statuit, in quo contra bonos mores
„de futura successione interposita fuerit stipulatio; cum omnia,
„quae contra bonos mores vel in pactum vel in stipulationem de-
„ducerentur, nullius momenti sint.” Ea tantum adiecta est limi-
tatio, quae in lege quoque fin. C. citata exstat; *nisi is, de cuius
successione agitur consenserit*; quo consensu accedente et inuesti-
turae, in casum mortis vassalli conceptae, iure stare suo per-
mittebantur *b)*.

a) ROSENTHAL de feudis. cap. VI. concl. XVI. glossa 8. J. H. BÖHMER de
feudis ecclesiast. cap. III. §. 20. et 21.

b) VVLTEJVS de feudis. c. VII. nro. 48 lqq.

§. III.

Fuere sane et illo tempore, qui haec omnia in institutum, male in in-
uestituram
nostram ad-
plicata, et Romanis nunquam cognitum, non cadere senserint; et forsitan hoc
ipsum tenacius retinebatur, quam vt propter hanc solam legis
scriptae discrepantiam plane eliminari potuisset; attamen legem
ipsam tam clare loquentem reiicere, summae religionis visum est.
Satius videbatur eam torquere vel interpretationi subiicere. Inter
eos, qui huic operae sese adinxere, prudentiorem vtique ratio-
nem prosequuti sunt, qui, quamuis pactorum, solennibus vestito-
rum vim, et inter Germanicam Romanamque successionem discrimina,
minus aequa trutina pensarunt, tamen feuda quoad origi-
nem indolemque ab hereditate longissime distare intellexere *a)*.
Proinde legem illam huc trahi nequire, arbitrati sunt, quod per
eam non omnia pacta, in casum mortis alterius collata, prohibeantur
sed ea tantum, quae fiant de re prorsus aliena; quod non ita procedat
in hac inuestitura, vtpote quam dominus de re sua, et quidem in eum
casum faciat, quo dominum vtile ad ipsum rediturum fit *b)*. Alii, cum
inuestituram euentualem tum legem iuris Romani saluas manere cupientes,
inuestituram hanc, quam ipsis abusiuam appellare mos est, proprie non esse pactum de
futura

futura successione sed potius de caducitate successione seu collatum in defectum iuris tertii ratiocinabantur *c*). Alii denique ita ex hisce tricis sese expediebant, ut contra auctoritatem iuris Romani inter personas illustres et in feudis aliud statutum esse dicerent *d*).

a) GAILLII observ. practicae. L. II. obs. 155.

b) VVLTEJVS de feudis. c. VII. nro. 48.

c) HARTM. PISTORIS L. II. quaeft. 25. nro. 5. vsque ad 10.

d) LAVTERBACH in comment. ad D. L. II. Tit. 14. §. 56.

§. IV.

b) auctoritatem suam in leges quoque feudales consuetudinesque Lombardiae proferentia (dissidium inter II. F. 26. §. 2. et I. F. 27.)

Quum vero libri, quibus utimur, feudorum, a normis et consuetudinibus, quae cum in curiis feudalibus Longobardicis obtinebant, tum a Ictis ad casus obuenientes decidendos adhibebantur, originem traxere, summa, quae semper in Italia floruit, iuris Romani auctoritas satis mature iam curias feudales ingredi, inque iis ad damnandas inuestituras euentuales, nisi vasallo consentiente datae sint, praeualere potuit. Quare haud videtur incongruum, Placentinos aliosque iuris Romani auctoritate motos esse, ut existimauerint, inuestituram de feudo alterius in ipsius mortem conceptam, non aliter valere, nisi fiat consentiente eo, cuius sit feudum *a*). Mediolanenses vero, qui suis maxime legibus regebantur, natura et moribus in accipiendis iuris Romani scitis difficiliores *b*), haud deseruerunt antiquam illam opinionem, naturae inuestiturae euentualis magis conuenientem, sed hanc vasalli possessoris consensu non egere, arbitrati sunt; eandemque opinionem proferunt I. F. 27., postquam ab aliis aliter sentiri exposuere *c*). In colligendis autem feudorum consuetudinibus priori certe loco receptae sunt, secundum quas curia Mediolanensis pronuntiare consueuerat *d*); ipsa scilicet collectione grauiori sane ex parte composita ex iis feudorum libris, qui duobus consulibus Mediolanensibus adscribuntur. Quare haec Mediolanensium opinio in libris feudorum, qui totius regni Longobardici consuetudines sistunt, alias facile antecellere potuit *e*).

a) VVL-

- a) VVLTEVS. cap. VII. nro. 48. p. 174.
 b) Mediolanenses in plerisque diuerso iure vsos fuisse, colligitur ex I. F. I. §. vlt. I. F. 13. princ. II. F. 9. II. F. 24. princ. Erant enim — ait Birschius — prope natura Imperat. Romanis infestissimi, eorumque constitutiones plerumque contempserunt.
 c) Cf. quoque II. F. 26. §. 2. in fine. “et in tali inuestitura consensus eius, de cuius feudo fit, exquiri non oportet.”
 d) I. F. 28. II. F. I. Quae, quamquam sint variae et quamquam secundum diuersorum locorum aut curiarum mores sint diuersae; — vsum tamen feudi, qui in nostris partibus obtinet, exponere necessarium tibi duxi.
 e) BÖHMERI obseruat. iuris feudalis. obs. I. §. 2. et 3.

§. V.

Conuertimus nunc nos ab Italia ad ea, quae cis Alpes hac de re antiquitus cogitata inuenimus. Inter causas, ad quas inuestiturae euentualis apud Germanos origo referenda est, haud infimo sane loco stat veteris, in feuda successione ratio, tam arctis inclusae cancellis, vt adeo agnatis, siue primi adquirentis siue vltimi vasalli, nisi ipsis pacto inuestiturae euentualis prospectum sit, nullum succedendi ius tribueretur a). Quod institutum quamuis vbique fere alias per ingruentem Longobardorum *ex iure sanguinis* successione euauerit, Saxones tamen, iurium patriorum tenaciores inque odio imperatorum stirpis Suevicæ Mediolanensium similes, retinere, et constantem semper rationem ingressi, exteriorum tantummodo scita, ipsorum legibus et inuestiturae suae euentualis indoli conuenientia, apud se recipi passi sunt. Itaque opinio Mediolanensium, i. e. II. F. 26. §. 2., quamque vetus auctor de beneficiis agnouit b), Saxonum quoque opinio est, in iure horum feudali cap. X. ingenue declarata c).

a) BÖHMER princ. iuris Feudalis. §. 159.

b) §. 27.

c) Etelliche Lüte seggen, daz man nie chein-Gedinge lthen müze one jenes Bete der ez Gut in geweren hat gezugen sine lenunge, ab erz bedarf and niemandes bete.

c) inde ortum diffiduum inter
 1) Saxones, opinioni Mediolanensium II. F. 26. §. 2. inhaerentes

§. VI.

In reliqua vero Germania iurisque Suevici prouinciis acceptior et 2) Alemannos, opinioem Placentinorum secutos fuit opinio, quam in I. F. 27. Placentini adoptarunt. Quod nobis facile explicari poterit, contemplantibus, imperatores stirpis Suevicæ e. g. Fridericos, plurimam regni partem in Italia et in confictu

B

fictu

fidu maximorum ibi motuum haesisse, infestissimam saepius sibi habuisse ciuitatem Mediolanensem, opinionis alterius auctorem, magnoque Iureconsultorum, Romani iuris principiis imbutorum agmine semper in Germaniam rediisse stipatos a). Quum praeterea omnis legitimae scientiae fons in Italiae foris, Romana doctrina strepentibus, quaereretur; haud mirum inueniemus, iura Sueuica indolem inde, Romanum ius quodammodo sapientem, trahere potuisse. Constat saltem, ius prouinciale Alemannicum, cui feudales annexae sunt, forsitan ab eodem auctore, consuetudines, circa annos 1250 et 1290 esse conditum; eiusque compilatorem iurium peregrinorum aequae ac antiquorum patriae consuetudinum rationem habuisse b). Quare, dum Romanam doctrinam, curiasque feudales, quae secundum huius effata pronuntiabant, e. g. Placentinam, secutus, expectatiuae consensum vasalli accedere debere profert; Saxonum opinionem indigitans addit: *quo iure autem non utimur c)*. — Interim facile perspicitur, doctrinam Mediolanensem, quippe cum complexu consuetudinum feudalium Longobardicarum receptam, hunc Alemannorum dissentium facile superare potuisse. Quin SCHILTERVS etiam adhibitis documentis, Alemannos sequenti tempore a iuris sui antiqui rigore in alteram sententiam inclinasse comprobatur d).

Habui equidem, quas prohibitarum apud Alemannos expectatiuarum sine consensu vasalli, causas inuenire potuerim. SCHILTERVS tamen originem opinionis huius in conditione temporum, diffidationibus expositorum quaerere maluit e). Nonne vero, etiam si possessor feudi consenserat, eadem, quin maior quoque ratio adfuisse videtur, quae expectatiuato suadere potuisset, vt initis illum deliciendi consiliis, spei suae exitum acceleraret?

a) HEINRICH *Teutsche Reichsgeschichte*. Tom. III. p. 473.

b) Idem l. c. p. 480.

c) Cap. XIX. I. F. Alemann. — Quidam dicunt, quod dominus expectatiuam concedere possit absque vasalli sui consensu, qui de eo feudo ab ipso est inuestitus et in eius possessione est. Sed hoc iure non utimur. Nec enim dominus vllam expectantiam concedere potest in vllto feudo de quo quis ab eo inuestitus est absque eius consensu et petitione.

d) SCHILTER in comment. ad I. F. A. c. XIX. KOPP *Proben des Teutschen Lehnrechts*. p. II. p. 292.

e) SCHILTER cap. XIX. citato.

§. VII.

Quum igitur ius Alemannicum opinionem Saxonum apertissime impugnaret, graue inde dissidium promanabat. Nam inuestitura euentualis seu etiam expectatiua, quae secundum leges Saxonicas irrequisito vasallo iuste procedebat, a doctoribus iuris Romani ex L. fin. C. de pactis, eo praesertim tempore, quo iurium patriorum et peregrinorum discrimina plane fere ignorabantur, et ex principiis Alemannorum, extra terras Saxonici iuris, vigentibus, facillime impugnari omnique iudiciali effectu excidere poterat. Propterea inuestitis, ne domino concedenti ab inuestitura sua resilire et in foro, praetensa eiusdem secundum ius commune inutilitate, omni actioni subterfugere liceret, melius consuli nequibat, quam, vt consensum vasalli possessoris requirerent et ita spem suam contra cuiuscunque iuris impugnationem tutissime vindicarent. Quamdiu haec opinio perdurauerit, GAILIVS a) nos docet, qui ait: „nam eius (scilicet vasalli) consensu accedente de iure quoque „communi pactum successionis valeret, quia causa prohibitionis cessaret, videlicet desiderium mortis alienae.” Ex quibus omnibus denique sequitur, impetrationem consensus a vasallo possessore ubique fere tunc temporis in Germania inualuisse, quum in terris iuris Suevici ex legum scitis *necessario adhibendus*, in terris autem Saxonici iuris cautelae gratia *utiliter adiuuendus* videretur.

a) Obseruat. L. II. obs. 155.

§. VIII.

Abolita autem iam diu hac opinione, de necessitate consensus vasalli principalis in inuestituram euentualem, ex iure Romano vel antiquarum legum discordia, quaestio amplius moueri nequit. Nobis itaque explorandum tantummodo superest, numne vasalli principalis consensus inuestiturae euentuali utiliter accedere queat. Huic vero iterum doctrinae non magis locum fecisse videntur scita iuris nostri feudalis quam etiam introducta in Saeculo XIV. *inuestitura simultanea Saxonica*. Ex quo enim antiqua agnatorum inuestitura euentualis Longobardica ex iure sanguinis successione paullatim deturbari coepit a), nec amplius collatera-

quo ipso
consensus
vasalli ubi-
cunque in
Germania
exquiren-
dus videba-
tur.

It. quod
eadem com-
probatio
utiliter ad-
hibenda
visa sit

a) ex le-
gibus Lon-
gobardicis,
tanquam
pactum in-
uestiturae
adiectum.

b) sua-
dente intro-

ducta dein
inuestitura
simultanea
Saxonica,

lium in feuda succedendi iuri, dummodo vnam a primo acquirente cum vltimo vafallo sanguinem ducerent, contradicebatur *b*). Saxones, inuestiturae suae plus momenti tribuentes, moueri haud poterant, vt inuestituram primi acquirentis agnatis vltimi defuncti nisi solenniter et nominatim ad feudum vocatis, prodesse existimarent *c*). Quibus ex causis, quum nullum proprie communionis ius nisi ex *condominio* nouerant *d*), inuestituram simultaneam introducere, qua omnibus inuestitis *condominium utile* tribuitur *e*), ita tamen, vt solus possidens exercitio eius fruatur. Omnes itaque coinuestiti iure puro atque praesenti gaudent; neque igitur vafallo possessori licet, contra hoc ius agere vel vlllo modo absque illorum consensu moliri aliquid, quo dominium commune circumscribatur. Contra vero domino directo, si praeter vafallum possidentem alios insuper in communem manum recipere cupit; *huius consensum requirere opus est f*); quum inuito ipso, dominium minui vel auferri nequeat. Siquidem vero iam ex *condominii* natura et propter comprobationem iuris conuestitorum nil ad horum detrimentum, vafallum agere oportet; haec inuestitura reliquis inuestitis optimam spem, firmissimumque ius tribuit.

a) BÖHMER de inuest. simult. euentualis non desiderata renouat. §. XXII.

b) H. F. I.

c) BÖHMER princ. iuris feud. §. 160, 161. I. F. Saxonicum cap. XXI. *Es vererbet auch niemand kein Lehn, denn der Vater auf den Sohn.* item c. V.

d) BÖHMERI obseruat. iuris feud. VIII. 1.

e) I. F. Saxon. cap. XXXII.

f) BÖHMER de inv. ev. simult. non deful. renouat. §. XXXII. — Idem de indole et nat. inv. simult. et euent. §. LXVI.

§. IX.

Quo ipso autem euentualis inuestitura haud plane sublata est, sed potius, post introductam nouam hanc inuestituram Saxonum simultaneam, semper fuere, qui in *condominio* inque eadem infeudatione haud constituti, sub conditione feudi demum aperti sibi prospici curauerint *a*). Quum vero ab iisdem, *condominio* tantum euentuali gaudentibus, perspiceretur, quantum inuestiturae suae vigoris accederet, si vafallus principalis ius ipsorum aequae

ac

quae contentum vafalli principalis requirit.

ac coinuestitorum, consensu suo comprobaret; hunc impetrare consilii duxerunt.

Quaenam vero talis consensus vis ex principiis iuris nostri feudalis deduci queat, quaque ratione, interueniente eodem, inuestitura euentualis simultaneae effectus nanciscatur, nunc porro differere animus est.

Transitus.

a) BÜHMER de inv. sim. ev. non def. renov. §. 36.

C A P V T II.

De natura et indole consensus vasalli in inuestituram alterius euentualem.

§. X.

Omnium contractuum naturae conuenit, vt, quae substantiam eorum non laedunt, vel dubitationis leuandae a) vel alius in super obligationis cumulandae causa, iure illis adiici possint. Nam, quae ad contractus substantiam ita pertinent, vt iis neglectis vel immutatis aliud prorsus negotium celebratum videatur, neque id quod partes respexere, cogitari amplius queat; ea rite discernuntur ab eiusdem *adminiculis*. Hoc enim nomine veniunt, quae cumque vel necesse quidem non est in contractu adhiberi, quae tamen naturae negotii ita adhaerent vt plerumque adiici soleant et in dubio adiecta esse praesumantur b); *naturalium* contractus voce insignita; — vel, quae quamuis neque ad essentiam neque ad communem contractus naturam pertineant, eandem tamen quoque non laedunt mutantque; ideoque expressa partium voluntate probe eidem accedere permittuntur. Et haec *accidentalibus* appellare consueuimus c).

A. de pactis, contractui adiectis

1) Generatim.

Adminicula contractuum definiti possunt

a) L. 81. D. de reg. iuris.

b) III. CLAPROTH *Rechtswissenschaft der Verträge* etc. Tom. I. p. 50. not. e. — VVLTEJVS c. VII. no. 50. p. 191.

c) BÜHMER de inv. simult. euent. non defid. renouat. §. 14.

§. XI.

per pacta
eidem ad-
iecta.

Quae itaque contractus adminicula ipsi contractui, ad definiendum, quodcumque partibus praeter illius substantiam insuper communi voluntate statuere libuit, rite accedunt. Quum praeterea quoduis pactum iustum, spectata solummodo seria partium voluntate, hodie actionem pariat, statuendum est, pactionem quavis ratione contractui adiectam, sortiri effectus, quos in iure civili antiquo, solis pactis, contractui bonae fidei in continenti adiectis, tributos reperimus a). Non enim illi amplius ex adiectione vel cohaerentia contractus actio tribuitur; sed ex vi perfecta obligandi, quam moribus sibi quaesivit; quare iuris Romani scita in omnia nunc pacta, conuentioni principali quocumque modo adiuncta quadrant b).

a) Hanc doctrinam altius hic exhaurire non vacat. Cf. tamen VOET, in comm. ad D. L. II. Tit. 14. §. 5. et 6. CORNEL. V. BINKERSHOEK in diss. de pactis, iuris stricti contractibus in continenti adiectis, in TOM. II. op. ex ed. Lugdun. 1767. p. 46.

b) STRYK cautela contractuum. Sect. I. cap. 4. §. 4. MERII decif. p. V. dec. 407. CARPZOV definitiones forenses. p. II. const. 19. def. 27. nro. 8.

§. XII.

Notio pacti
contractui
adiecti ho-
dierna, eius-
demque
vires.

Pactum adiectum igitur hodie omne id dicimus, quo per expressam contrahentium voluntatem, contractui principali determinatio additur qualiscumque, dummodo substantiae illius haud aduersetur. Cuius porro ea vis est, ut partes eam instar ipsius contractus principalis obseruari velle videantur. Quare eodem modo operatur, ac si alio rursus contractu ita conuenissent; formaeque dicitur actionem ex contractu oriundam a) ita, ut, quae obligatio et actio ex contractu ipso competeat, eadem nunc augeatur et ad ea quoque, quae adiecta sunt, porrigatur b).

a) L. 7. §. 5. de pactis.

b) L. 75. D. de contr. emtione. "Qui fundum vendidit, ut eum certa mercede conductum ipse habeat, vel, si vendat, non alii, quam sibi distrahatur, vel simile quid paciscatur; ad complendum id, quod pepigerunt, ex vendito agere poterit."

§. XIII.

2) Speciali
ratione ha-
bita inuesti-
turae.

Eandem contractus feudalis rationem esse posse, iam ex huius natura liquet. Qui vero, quum in inuestitura contineatur a); inuestiturae

vestiturae quoque ipsi a contrahentibus pacta adiiciuntur, quae salvis eiusdem essentialibus nouas respectu adminiculatorum, inter partes, obligationes rite inducunt. Quodsi itaque in contractu feudali siue inuestitura ea illibata esse constat, quae efficiunt eiusdem characteres discretiuos, dominii videlicet vtillis concessionem, et fidelitatis repromissionem; caetera, quae ex consuetudine moribusque adiaci solent, pactis, inter dominum et vasallum initis, tolluntur vel cumulantur b). Quin, et praeter communem feudi naturam partes, quaecunque super eo fieri cupiunt, iuste definiunt, dummodo eadem substantiae contractus feudistici non derogent c). Haec igitur pacta in iure nostro feudali inuestiturae legem dare dicuntur d), ibidemque veniunt diuersis sub nominibus, veluti legis inuestiturae, pacti in inuestitura conuentionis, tenoris, eidem inserti e), aliiisque. In sexcentis denique legibus exempla talium pactorum, quibus vel successio definitur, vel aliud quodcunque inter partes statuitur, prostant f); quae omnia, modo non sint iuri aut naturae feudi contraria, valent atque seruanda sunt.

a) BÖHMER de indole et nat. expect. et inuest. feud. §. 38.

b) BÖHMER de inv. simult. ev. non desiderata renov. §. 14.

c) II. F. 2. II. F. 48. init. CVJACIUS op. Tom. III. p. 698.

d) BÖHMER princip. iuris feudalis. §. 104. BITSCH ad II. F. 2. p. 228. SCHULTER ad ius feudale Alem. p. m. 560. In iure ciuili frequentissimum quoque est, legis vocabulo significari pactum, contractui adiectum.

e) II. F. 48. princ. I. F. 6. §. 1. *Conditio* appellatur II. F. 26. §. 3.

f) II. F. 2. §. ult. I. F. 8. I. F. 14. §. 2. II. F. 12. princ. CVJACIUS op. Tom. III. p. 698.

§. XIV.

Consensus vasalli possessoris in inuestituram euentualem est expressa eiusdem declaratio, domino facta, se voluntatem suam adhibere inuestiturae, quam hic alteri fecit, feudi sui euentuali. Exinde vero colligimus:

- 1) hunc consensum, quippe qui duorum, inuicem factam atque expressam conuentionem de obligatione aliqua suscipienda continet, iure dici posse pactum a).
- 2) Id ipsum pactum vero, siquidem eo tendat vt alteri ius reale in feudo constituatur, rem efficere et ab omnibus vtriusque paciscen-

B. de consensu vasalli possessoris in inuestituram euentualem; cuius

1) notio tanquam pacti stabilitur;

pacifcentis heredibus, ad quos vtrimque ius feudi tranfit, esse fervandum *b*).

a) *Pactum est duorum consensus atque conuentio.* L. 3. D. de pollicitationibus.

b) *VVLTEJVS de feudis. p. 577.*

S. XV.

consideratis
2) partibus,
quae pactum
ineunt

Pactum autem hocce ineunt ii, *inter quos de contractu feudali principali antea conuenit.* Dominus feudi directus et vasallus, qui idem titulo domini vtilis detinet, desinientes et inuicem sibi declarantes, quid super feudo deinde fieri velint, nouam obligationem contrahunt, ideoque contractum feudalem augent. Proinde hanc conuentionem appellare licet: *legem, mutua cum inuestitoris tum inuestiti voluntate, contractui feudali siue inuestiturae additam.* Nam, praeter ea, quae ambo sibi in ipso contractu iam stipulati sunt, nouum obligationis vinculum suscipiunt, cuius contrahendi facultas certe ex ratione demum in quam per inuestituram principalem inuicem collocati sunt, eis competit. — Neque nos morantur, quae ius Romanum de pactis, ex interuallo adiectis, statuit *a*); quum hodie cuius pacto per se, neque vero per cohaerentiam cum contractu principali, obligatio perfecta inest (§ XI.). Quare, quamuis hic consensus intercesserit absoluta iam diu inuestitura principali, quin etiam post inuestituram euentualem, adeo separatiu conditam, semper tamen erit pactum, inuestiturae principali adiectum. Firmum enim constat principium: *quaecunque contractui antea condito vlllo modo legem seu determinationem, quo hoc demum tempore eueniat, addunt, quorumque adiciendorum ratio in contractu anteriori continetur b*), ita vt semper hunc praesupponant, neque esse possint, nisi hic prius initus sit; ea pactorum contractui huic adiectorum significato comprehendendi.

a) L. 13. C. de pactis.

b) Hoc ita intelligi cupimus. In l. 75. D. de contr. emtione dicitur: qui fundum vendidit, vt eum certa mercede conductum ipse habeat etc.; ad complendum id, quod pepigerunt, ex vendito agere poterit. Contractus emt. vend. antea confectus, rationem continet, quae pactum inter partes posterius produxit. Nam, nisi de fundo vendendo conuenissent, non potuisset quoque dici lex, quae, vt impleatur, praesupponit, rem iam ex contractu in alterum transiisse. Quare dicimus: omne pactum, quod,

quod, vt a partibus iniri possit, praesistentiam contractus cuiusdam principalis requirit, huic adiectum esse, quamuis longo dein tempore praeterlapso accedat. Idem nunc est in contractu feudali. Nisi enim vasallus per inuestituram in se recepisset feudi dominium vtile, qui fieri posset, vt de hoc rursus alii in euentum transferendo cum domino pacificatur?

§. XVI.

Idem pactum vero a partibus inuestiturae adiectum est *praeter feudi naturam communem*, nec ideo ad illius naturalia pertinet. Constat enim, in inuestituram euentualem consensum vasalli possessoris communiter non exquiri. II. F. 26. §. 2. in fine. Quare, quod supra diximus, pacta naturae negotiorum, quibus accedunt, convenientia, in dubio adiecta praesumi, in hanc legem inuestiturae non cadit, *siquidem sola expressa voluntate contrahentium annectitur*, hique, nisi expresse aliud inter eos conuenerit, secundum ius commune siue consuetudinem non tantum in substantialibus sed etiam in adminiculis contraxisse censentur *a*). Proinde ab eo, qui illam pro se allegat, probabitur, quod, quum sit tenor, inuestiturae principali insertus, non alias, nisi inuestitura quoque principali probata, fieri poterit *b*). — Attamen, quamuis praeter feudi naturam communem adiiciatur, non est *contra huius naturam* neque negotii feudistici substantiam laedit. Nam, inuestitura euentualis moribus recepta est, et per pacta contractus feudalis successio recte definiri potest (§. XIII. not. 5.).

a) VVLTEJVS. cap. VII. nro. 55. p. 190.

b) II. F. 2. §. vlt. Si vasallus per pactum speciale *contra feudi consuetudinem* allegat, veluti de filiarum successione; liceat ei tenorem, si potest, *sicut inuestituram* probare.

§. XVII.

Euentualis inuestitura duplici potissimum ratione pangitur; vel ita, vt in inuestitura statim principali iisdemue huius literis, annectatur dominii utilis, tertio in euentum facta, concessio; vel vt deinde alio quouis tempore a domino, separatis vt plurimum literis, in conditionem aperturae conferatur beneficium *a*). Quare consensus vasalli possessoris euentuali inuestiturae accedere potest:

C

I. vel

- I. *vel in ipsa feudi sui constitutione et inuestitura*; ita ut vasallus possessor aut successioni, alteri in euentum tributae, tantum *annuat*, aut ipse *dominum* directum expresse rogando ad eam impertendam *commoueat*. Id quod praesertim ab iis fieri solet, qui agnatis fratribusque euentuali inuestitura prospici cupiunt; quare vasallus adquisitor, si infeudationi suae, fratrum vel agnatorum, in euentum, si ipsius heredes non superfuerint, inuestituram simul adiungi patitur, iam re ipsa et ex huius conuentionis indole, hanc ratihabere censetur. Huiusmodi inuestiturae, iisdem vasalli principalis literis indultae, exemplum exhibet Ill. BÖHMERS in libro de natura et indole inu. et exsp. feudalis. §. 68. Illustre vero exemplum inter alia habes domus Serenissimae Megapolitanae inuestituram in episcopatum Ratzeburgicum, vi articuli XII. I. P. O. concessam, cui, rogante vasallo adquisitore in euentum, "*da die Schwerinische Linie mit Tode abgehen sollte*" lineae Gütrauiensis inuestitura adiungitur b).
- II. *vel in euentuali inuestitura, postea separatis literis celebrata*. Quo facto duplici iterum modo huic consensui locus est,
- a) *vel in ipsis inuestiturae huius euentualis literis*; si vasallus principalis dominum aut expresse rogat, ut feudum alteri largiri velit in obitum ipsius atque descendentium; aut tantum domini, alteri beneficium in euentum concedentis voluntatem adprobat c).
- b) *vel in speciali instrumento*, quo, condita iam inuestitura euentuali, vasallus se hanc ratihabere, expresse confitetur. Cuius memorabile exemplum exstat apud LÜNIG in *Reichsarchiv*; Spicileg. ecclesiast. p. II. d). Nil igitur referre edocemur, quoniam tempore inuestitura euentualis a vasallo comprobetur; siquidem ad huius substantiam vel solennia id haud pertinet, sed voluntati tantummodo declarandae inferuit. Quemadmodum vero huius voluntatis declarationi ratihabitio inest, quae sicut mandatum quouis tempore, negotio ipso licet iam dudum absoluto, accedere permittitur: L. 12. §. 4. in fine D. de solut. et liberat. e), ita nil quoque interest, utrum consensus iste in ipso faciendae inuestiturae actu vel postea adhibitus sit, dummodo huic vel ex inter-

interuallo certe et indubitate contingat. Quomodocunque vero idem interueniat, qualemque formam inducat; non esse tamen pactum, inuestiturae euentuali sed potius principali adiectum, supra iam inter nos conuenit.

a) BÖHMER de indole et nat. exp. et inv. feud. §. 63.

b) LÜNIG in C. I. F. Germ. p. I. p. 766 seqq.

c) Exempla habes ap. BÖHMERVM in tractatu de nat. et ind. etc. §. XXXIV. LÜNIGVM in C. I. F. Germ. Tom. I. p. 1882. et Tom. I. p. 611. Itidem ap. BÖHMERVM diff. citata. §. LXXX.

d) Cuius verba ita se habent: Nos Philippus, Comes in Catzenelbogen et Dietz, fateamur publice his literis nostris pro nobis et successoribus nostris, quod *consensimus et vigore harum literarum consentimus diserte*, quod Reuerendus in Christo pater et dominus Rudolphus, episcopus Herbipolensis et dux Saxoniae, Illustrem principem et Dominum, episcopus Henricum, Landgrauium Hassiae, comitem in Ziegenhaim et Nidda; gratiosum dominum nostrum et generum, *cum ciuitate et castro Darnstadt, Bissingen, Clappach et Eschelbrug cum castris eorundem omnibusque aliis feudis, quae quondam generosus Ioannes, clarissimus genitor noster ab Ecclesia Wirzburgensi et nos a Reuerendo episcopo ibidem, Domino nostro clarissimo, in feudum recepimus, et tenuimus, pro se et hereditibus suis inuestiri possit et debeat. Ea conditione, si nos post mortem nostram nullos haeredes masculos feudales reliquerimus; quod tunc illistris princeps, Henricus, Landgrauus Hassiae etc. gratiosus Dominus et gener noster et haeredes sui, de dictis feudis inuestiantur eaque habere et tenere possint, quemadmodum dicti gratiosi Domini nostri inter se conuenerunt, dolo et machinatione sinistra cessantibus. In quorum fidem sigillum nostrum literis est appositum. Datum die Dominica post Math. Ap. et Ev. anno D. MCCCCLXX.*

e) Ita quoque II. F. 39. non consentientibus vel postea ratum non habentibus. — Cf. quoque Birsch ad I. F. 3. p. 63.

§. XVIII.

Finis denique huius pacti is est: *ut alteri per inuestituram euentualem ius, in feudo succedendi tribuatur.* Eo enim consilio vasallus principalis, agnato vel fratri consulturus, cum domino paciscitur; eodem dominus rati habitationem vasalli expetit. Quid? quod, consentus iste est *lex, inuestiturae principali in fauorem tertii adiecta.* Non vero nunc vacat immorari enucleandis, quae secundum Romana principia de iure, ex pacto tertii quaesito, forsitan hic inferri possent, quum alii iam assatum in eo versati sint a), afferre modo liceat: I. ex consuetudine, moribusque Germaniae ob simplicem pacti cuiuscunque valorem iuris Romani regulas de non quaerenda alteri obli-

4) sine, in quem pactio facta.

obligatione prorsus omitti *b*); II. proinde quemlibet nunc directe alteri stipulari vel pacisci posse, dummodo conditionem eius haud deteriorem reddat, alteriusque, in quem pactio collata est, infrequatur acceptatio, de quo in pacto nostro quaestio moueri nequit. III. Quare et contractui a partibus in fauorem tertii lex dici potest, et per hanc fieri, vt, qui eam iniit, onus quoque, inde susceptum subeat *c*). IV. Ex iure denique nostro feudali indubium prorsus est, eos, qui inuestituram pangunt, huic legem quam velint, etiam alterius causa dicere posse. Cf. I. F. 8. II. F. 2. §. vlt. I. F. 14. §. 2.

- a) STRYK cautelae contract. Sect. II. cap. 5. §. 3. BÖHMER, de iure, ex pacto tertii quaestio.
 b) MEYIVS decif. p. IV. dec. 112. nro. 5. STRYK l. c.
 c) MEYIVS decif. p. VIII. dec. 191.

C A P V T III.

De obligationibus, ex inuestitura euentuali per pactum cum vasallo principali concessa, respectu vtriusque paciscemis erga inuestitum descendentibus.

Quam eorum, qui in fauorem tertii paciscuntur, vterque tertio sese velit obligatum; effectus talis conventionis, iuraque, tertio inde quaesita, optime erui poterunt ex ratione, quae inter hunc et vtrumque contrahentem vi pacti intercessit. Quare in inuestitura nostra, cui in fauorem tertii lex addita est, vasalli dominique erga hunc obligationes separatim contemplandae venient.

S E C T I O I.

De obligationibus, quas vasallus principalis vi huius pacti, intuitu inuestiti s. expectantis suscepit.

§. XIX.

Ex iuris feudalis principiis constat, per inuestituram euentualem vasallo in iure cum domini consensu de feudo quauis ratione

A. de obligationibus,
 quas ex hoc

ratione disponendi, nullum inferri posse praeiudicium, neque eundem talem feudi in euentum concessionem, quae se incio facta est, respicere teneri. Omnium enim, quae vasallo per dispositionem I. F. 27; *ne scilicet ipsi per inuestituram, se ignorante tributam, vltimum detrimentum contingat in praeiudicium expectantis agere licet, ratio in eo nimirum sita est, quod vasallus inuestituram euentualem ignorauerit a). Quodsi vero idem, comprobata euentuali inuestitura, paciscitur, vt feudi sui dominium vtile sub conditione tertio conferatur; hac pacitione omittit sese obstringit omnia, quae ideo sibi licuissent, quod haec inuestitura se ignorante tributa sit. — Hoc itaque euenit, si in ipsa statim inuestitura principali successionem alterius agnuit; eadem vero ratio est, si et postea inuestituram euentualem comprobauit. Vasallo nempe possessori ex domini vtilis, per contractum feudalem in ipsum translata, viribus et huic inhaerente cum domini consensu super feudo disponendi facultate, iura competebant, quae per euentualem a solo domino tributam inuestituram prorsus infringi nequibant. Qui si vero nunc ipse de hac facienda cum domino pactus est, voluntati eiusdem ea accedere patitur, quae ex dominio vtili sibi erant libera, cum respectu huius sibi competentis ita paciscendi solummodo potestate fruatur (§. XV.). Quare dum contractum, a domino directo vi solius domini directi, se incio antehac initum, supplet ex viribus vtilis sui domini, ita, vt euentualis inuestitura, perinde ac quaelibet alia, coniunctim peracta, de feudo dispositio, a pleno domino condita videatur; iuribus, quae sibi antehac soli ex dominio vtili per legem I. F. 27. in inuestitum competissent, renunciaisse censetur. Quod quum insuper fiat per pactum inuestiturae principali adiectum (§. XV.); ad seruandum ius expectantis, quae huius pacti est natura (§. XII.), aequae obstringitur ac ad praestanda ea, quae in contractu principali ipse pollicitus est; quum feudum sub hac lege in se receperit.*

pacto vasallus suscepit.

a) Renunciare videtur iis, quae per dispositionem legis I. F. 27. sibi alias fuissent libera,

b) ad hoc pactum seruandum peraeque ac ex contractu principali obstringitur,

a) Mediolanenses et Cremonenses nil distare affuerant, vtrum eo sciante vel ignorante, dummodo eo viuente nullum detrimentum de feudo suo sibi contingat.

c) *Ius reale* in feudo ipse tertio contulisse videtur quasi per alienationem a domino per inuestituram comprobata,

contra quod, quamdiu conditio suspensa haeret, nil agere debet, quatenus haec conditio potestativa est,

Inuestitura praeterea semper *ius in re* siue *dominium feudi utile* tribuit. Si vasallus vero pacto se obligat, *dominium feudi*, quod ipse nunc tenet, post ipsius obitum ad tertium esse peruenturum, istud vtique huic, quantum in se erat, tribuisse censetur. Quum vero quaeuis *dominii utilis*, a vasallo pacta, *translatio alienationem* contineat a); *perinde est, ac si vasallus feudum suum in euentum mortis ipsius atque descendantium, in alterum transtulisset, dominique directi comprobatio itidem sub hac conditione per inuestituram esset insecuta.* Quare vasallus inuestito euentualiter aequè omnino obstringitur, ac cuiunque, annuente domino, feudum, quale ipse habuit, titulo *dominii* transmittit. Quod quum factum sit sub conditione, si ipse et heredes non amplius superfuerint, quatenus in potestate sua situm est, nil agere debet, quo fieret, vt, casu insecuto, feudum vel plane esset sublatum, vel quacunque alia ratione inuestitus, quo minus id vnquam nancisci posset, impediretur b). Iam enim L. 161. D. de regulis iuris cautum est: „quotiens per eum, cuius interfit, conditionem non impleri, fiat, quo minus impleatur, perinde haberi, ac si impleta conditio fuisset.” Proinde et consentiente domino vasallus feudum cum alienare vel quodcunque *ius reale* aliud in eodem constituere, tum in genere quidquam moliri prohibetur, quo fieri olim posset, vt euentualiter inuestitus id ipsum, quale sibi in pacto, inuestiturae principali adiecto, partes stipulati sunt, adipisci et tenere nequeat; sed potius, si tale quid meditatur, *et consensum euentualiter inuestiti exquirere debebit.*

a) BÖHMER princ. i. f. §. 259. Idem de nat. et indole inv. et exp. feud. §. LXXX. et de inv. ev. fim. non def. renov. §. 33.

b) STRYBEN in den rechtlichen Bedenken. Tom. III p. 469. Wenn nun zu der Zeit, als der Mannstamm erloschen, kein Lehn mehr vorhanden, sondern selbiges in Erbe verwandelt; so kann sich der Fall nicht ereignen, auf den der Expectivirte belehnt ist. Dieß mag nun behindert werden, wenn der Vasallus possessor in die inv. euent. gewilligt hat. STRYK de inv. abusiva. Cap. IV. §. 24.

§. XXI.

Quae, quum iam per se clara sint, magis adhuc illucescent, si inuestiturae euentualis, a vasallo comprobatae tenorem ipsum contemplabimur. Quum enim in hac caueatur: „*daß nach Abgang des vasalli possessoris und seiner Nachkommenschaft, die Lehne, welche derselbe gehabt, mit allen ihren Rechten und Pertinenzien auf denjenigen, welcher in euentum die Belehnung empfangen hat, kommen sollen;*“ et vasallus possessor iisdem consensum impertiat suum; sequitur, eundem ex istis iuribus, et ex omni feudi sui substantia nil detrahere posse, quum omnia, *quemadmodum ipse iis fruitur*, ad inuestitum illibata olim esse peruentura, ipse pollicitus sit. Ita literis apud BÖHMERM diff. cit. §. 80. haec verba insunt: *uniuersa bona, cum omnibus iuribus et prouentibus suis*, quae idem comes a nobis et ecclesia tenebat — concessimus; et apud eundem §. LXXXIV. inuestito conceditur: *das egenannte Schloß zu halten haben und besizen, als denn der egenannte Graf Heinrich die gezund innehaldet und besizet*. Praesertim vero literae consensus, supra e LÜNIGIO transcriptae, ita aiunt: quod tunc illustris princeps Henricus — de dictis feudis inuestiantur, eaque habere et tenere possint, *quemadmodum dicti gratiosi domini inter se conuenerint, dolo et machinatione sinistra cessantibus*.

id quod
amplius
probatur
per teno-
rem inuesti-
turae, a va-
sallo com-
probatae,

§. XXII.

Neque vero accedente vasalli principalis consensu inuestitura haec euentualis in communem manum Saxonum, transmutari potest a), quod pluribus placuit, ita ut *condominium euentuale eorum reddatur*. Quo facto enim inuestitura euentualis eadem esse statim desineret. Attamen quoad effectus, *condominium euentuale nunc condominio simultanee inuestitorum puro aequiparari potest*. Vasallus, dominium ipsius vtile et facultatem, de feudo disponendi, per admissum alterius pure coinuestiti condominium restringi passus, ex natura huius, in quod consensit, agere prohibetur, quibuscunque ius istud purum imminui posset. Eodem modo vasallus principalis, per inuestiturae feudi sui euentualis comprobationem *condominium alterius euentuale admittit*. Proinde euentua-
liter

d) ius euen-
tualiter in-
uestiti, quod
agnouit per-
inde seruire
debet ac ius
pure coin-
uestiti.

liter coniuestiti iura facta testā conseruare pari modo obstringitūr. Idcirco recte dicere possumus, consentientem in euentualem inuestituram, ratione dispositionis idem de feudo praeiudicium incurrere, ac si quem in simultaneam sibi inuestituram adiungi passus sit. Sicuti porro simultaneae coniuestiti consensus in alienationem puri, huic concessi requiritur; ita nunc etiam euentualiter inuestitus pari modo rogandus est, vtrum feudum transmutari vel alienari consentiat, nec ne *b)*; quum talis actus condominio *euentuali pari ratione ac puro* nocius esse videatur.

a) Optime haec exposuit BÖHMERS in diss. cit. §. 84. et 85.

b) BÖHMER princ. i. f. §. 268.

§. XXIII.

B. De *inri-*
bus, quae
euentualiter
inuestitus
ipse per hoc
pactum ad-
quirat;

a) casu ad-
huc penden-
te, quam-
diu *inre tav-*
tummodo fu-
turo vitur,

1) si vafal-
lus feudum
imminuere
vel alienare
meditatur,

2) si re-
vera aliena-
vit.

b) Casu
insecuto.

Quibus ex causis, quum, pro inuestiturae huius indole condominium inuestiti nihilominus in euentum competat, *iura*, quae inuestito ad spem suam tuendam et conseruandam proderunt, duplici ratione considerari queunt:

I. *quatenus ex condominio, pendente casu euentuali, deriuantur.*

Ideo, si vafallus, I) neglecto euentualiter inuestiti consensu, feudum *alienare* vel vlllo vnquam modo huic surripere *meditatur*; hic, quae *iuris sui, futuri, certi a)* nunc est indoles, omnibus, isti conseruando inseruientibus remediis recte vitur et, ne quid agatur ad hoc imminuendum vel labefactandum, iuste impedit *b)*. Quapropter, quae remedia in inuestitorem, conditionem adimplere detrectantem, competunt, iisdem nunc in vafallum etiam experiri inuestito liberum est, vtpote quem ex pacto aequae obstrictum habet. Quodsi vero II) vafallus consentiente domino feudum vel iam *alienauit* vel ita egit, vt spes euentualiter inuestiti nunquam exitum habere queat; huic quidem attendendum est, vsque dum casus exstiterit, quo feudum morte possessoris et eius descendentium ad se peruenisset, ne ex iure futuro actio nascatur.

II. *Tum vero, si casus insecutus est*, non sola ipsi amplius competit actio ad interesse aduersus dominum, sed etiam propter dominium, pacto vafalli sibi tributum, quod existente casu *purum* deuenit,

deuenit, rei vindicatione vel quouis alio remedio feudum a quocunque possessore ipse reuocat. — Nam dominus rem, sibi iam prius titulo domini tributam, a quocunque, cui posthac in eadem dominium competiit, iuste vindicat e). At vero euentualiter inuestito per pactum, inuestiturae principali adiectum, dominium iam ante eum concessum erat, in quem postea feudum a vasallo alienatum est; quum casu eueniente iuris puri acquisitionem ad initium actus retrotrahi legibus sancitum sit. L. 18. de regulis iuris.

a) J. H. BÖHMERS differt. de iure futuro. Cap. I §. 4.

b) Idem cap. II. G. L. BÖHMER de inv. euent. simult. non def. renov. §. 33.

c) HORN. ius feud. c. XII. §. 10.

§. XXIV.

Nil igitur, casu insecuto, inter euentualis, consensu vasalli datae et inter simultaneae purae inuestiturae effectus interesse, conspicuum est. Ius enim in re euentuale, per legem primae infeudationis concessum, eo tempore, quo casus existit, statim ab initio purificatur, ac ita viribus condomini puri, quo simultanee coinuestitus gaudet, et in eo exaequatur, ut ius reale, in feudo alteri a vasallo absque inuestiti consensu constitutum, expiret, simulac feudum ad hunc deuolutum sit a).

Tunc inter inuestituram valem et simultaneam nil interest.

a) BÖHMER princ. i. f. §. 268.

SECTIO II.

De obligatione, quae ex inuestitura euentuali antecessoris successoris singulari ad eandem ratihabendam iniungitur, si consentiente vasallo principali peracta sit.

§. XXV.

Quum dominus directus ipse inuestiturae a se constitutae stare iubeatur, eademque lex et iis iniuncta sit, quibus, tanquam heredibus suis, in vniuerso illius patrimonio succedentibus, obligationes et facta defuncti quaecunque praestanda incumbunt; nec ideo consensus vasalli arctius ex hac parte vinculum inducere valeat;

Transitus et institutio ratio.

D

omnis

omnis rei cardo in ea quaestione vertitur, quae nunc sola deciderenda superest, num videlicet successores domini singulares, qui alias nulla iuris nostri feudalis lege huc compelli queunt, fidem investiturae eventualis, ab antecessore cum consensu vassalli possidentis constitutae, vi huius ipsius consensus, exsoluere teneantur.

Obligatio
successoris
singularis ex
investitura
eventuali,
in quam va-
sallus con-
sensit per-
penditur,

*Successorem autem singularem eum appellamus, quicumque in do-
minium quidem directum, non tamen in omne antecessoris patrimonium,
vi specialis tituli, aliunde ac beneficio defuncti quaesiti, succedit.* Quare
huc pertinent omnes, qui vel non sunt heredes defuncti necessarii,
vel non simul vi successionis hereditariae in bona eiusdem vulgaria,
facta istius praestare tenentur. Eadem ratione huc quoque refe-
runtur *agnati*, qui aut successionem in bona avita, iisque inhaerens
dominium directum, primi acquirentis pacto et providentiae ac-
ceptam referunt, aut alia ratione dominium directum quidem adepti
sunt, hereditatem vero antecessoris vel omiserunt vel repudiave-
runt *a)*, nec non *filii*, quibus itidem successio in bona stemmatica
et directum dominium per dispositionem primi acquirentis, neutri-
quam vero per beneficium parentis, cuius hereditati interdum alias
quoque abstinere, debetur *b)*. Omnino autem ii hoc nomine
comprehenduntur, qui iure absolute proprio, e. g. postulationis vel
electionis, dominium directum in se translatum habent; inque quos
igitur nulla antecessoris obligatio transire potest *c)*, nisi specialis
causa et hic interueniat *d)*. Instituti vero, quomodo quaestioni
modo propositae, expediendae vacare velimus, haec placuit
ratio, ut:

- 1) ex principiis generalibus, et investiturae, cum consensu vassalli peractae, indole definiamus, an successor singularis ad eandem rati habendam obstringi possit.
- 2) Deinde vero, quae ita euoluimus, ipsis iuris nostri feudalis scitis confirmare studeamus.

a) III. BÖHMER de oblig. success. ex expectat. feud. antec. §. XIV.

b) III. PÜTTER in primis lineis i. priv. Principum. p. 16 sqq.

c) III. BÖHMER diff. cit. §. 12.

d) Eiusd. princ. i. f. §. 171.

§. XXVI.

I. In determinandis nunc primum *principiis generalibus* ita ver- I. ex prin-
 sandum erit, vt, quae supra de vi consensus vasalli, tanquam *legis* cipiis gene-
inuestiturae exposuimus, rite hic iterum adplicemus. Modorum ralis et ex
 vero, quibusnam haec lex inuestiturae accedere queat, rationem indole legis
 habentibus, patet, eam: inuestiturae,
 quae huic
 accedere
 potest,

1) *in ipsa feudi noui inuestitura huic adiungi posse.* Domino in prima a) *in ipsa*
 beneficii concessione plenum ius competit, futuram successione *statim inue-*
 determinandi eamque post vasalli eiusque prolis iura extincta, *stitura prin-*
 alii in euentum largiendi. Vasallus igitur, *cipali.* Tunc
accipiens, quin adeo cum domino super tertii illius successione domino di-
 paciscens, hoc ipso ad eam seruandam obstringitur (cf. recto libe-
 §. XIX. seqq). Quae vero lex, quum eo tempore conces- rum est, fu-
 sioni feudi a domino sit annexa, quo penes ipsum plenum turam suc-
 ius erat, sub quacunque determinatione et in futurum super cessionem
 eo disponendi; successoris singulari quoque nulla vnquam par legem
 ratione liberum esse apparet, ius, vi huius pacti, quod inuestiturae
 iure initium habuit, tertio quaesitum, reiicere. Lex enim determinare,
 inuestiturae, cum hac ipsa ita cohaeret, vt cum ea simul quae
 sustentetur et corruat; atqui inuestitura feudi noui, quae a quemlibet
 domino directo, *beneficia, sibi aperta, iure suo dante a)*, recte succeden-
 tributa est, ab omni successore et singulari agnolci debet, ergo et tem ob-
 pactum, principali infeudationi adiectum, validum est, quocum- stringit;
 que demum tempore aperturae euentus extiterit (§. XII.) b).

a) II. F. 35. prope finem.

b) BÖHMER de oblig. success. §. XVII. per totum.

§. XXVII.

II. *At vero haec eadem lex, inuestiturae principali ex intervallo, vel a* b) *ex in-*
successore quodam eius, qui vasallum de beneficio nouo inuestiuerat, a *teruallo vel*
inferi potest. Quid tunc statuemus? — Certum est, dominum di- a *successore*
 rectum post peractam inuestituram, vel quemlibet eius successorem, eius, qui
 dominio vtili vasalli nullum onus imponere nullamue legem di- vasallum de
 cere valere, quo inuitus ille deuinciatur. Nam ipsa statim in- beneficio in-
 uestitura absoluta feudi vtile dominium cum omnibus iuribus uestiuerat.
 eidem insertis, in vasallum ita transit, vt domino omnis dein- Tunc domi-
 ceptus nullum est
 ius, inuesti-
 turae prin-
 cipali legem

adiiendi,
quo vasalli
dominium
utile cir-
cumscribe-
retur, si hic
ipse renuit.

ceps in exercitio eiusdem concurrenti facultas deficiat. Neque ideo dominus vasallum cogere potest, ut ipse, alteri ius reale in euentum concedendo, iuri, antea ex contractu feudali quaesito, praeiudicet. Eadem est ratio successoris in dominio directo. Vasallus enim, quae nunc est *feudi sui antiqui a)* natura, nullo modo tenetur, ut alteri successionem in eodem, in ipsius praeiudicium tribui agnoscat, si hanc per legem primae infeudationis non stipulatus sit. Quodsi itaque per contractum feudalem dominium utile *plene et illimitate* in se recepit, ius etiam, cum domini directi consensu de feudo disponendi ipsi integrum est, nec posteriori vlla domini solius dispositione restringitur.

a) II. F. 32. *Novam inuestituram dico, quando feudum primo quaeritur. De veteri autem beneficio inuestiturae, quae fit a domino successore etc.*

§. XXVIII.

Si vero va-
sallus per
consensum
in talem do-
mini dispo-
sitionem,
legem inue-
stiturae suae
adiungi pa-
titur,

Quare domino directo, inuestituram euentualem a vasallo quoque principali agnosci cupienti, idem, legem inuestiturae huius adiiendi ius adhuc liberum esse deberet, quo primum infeudantem ex natura coniuncti penes se pleni domini ante beneficium collatum frui perspeximus (§. XXVI.). Cuius vero nunc amplius particeps fieri nequit, nisi vasallus ipse, iuribus domini utilis sese abdicando, facultatem, de futura feudi successionem per legem inuestiturae disponendi, iterum in manus domini remittat. Quod utique fieri existimamus *per consensum eiusdem in inuestituram euentualem*. Nam, si vasallus, ius reale in feudo suo post ipsius obitum tertio constitui *comprobat*; hoc facto (ut iam §. XIX. vidimus), istis renunciaffe videtur, quae *ex dominio utili* ad interuertendum tale ius, *se inscio concessum*, antehac sibi fuissent integra. Proinde inuestitura, quae consentiente vasallo a domino peragitur, *coniuncto directo utilique feudi dominio processisse* videtur; eademque vires fortitur, ac si *a primo infeudante per legem, sub qua vasallus feudum in se receperit, constituta esset* (cf. §. XXVI.).

§. XXIX.

domino di-
recto pote-
ras eo con-

Dominus directus igitur, accedente vasalli possessoris consensu, *quouis tempore, successionem alterius in feudo, per legem, inue-
stiturae*

fiturae principali adiunctam, instar primi infeudantis deservire potest. Quare, quum idem actum esse videtur, ac si vasallus dominium vtile in manus domini resignasset, eo consilio, vt hic vi dominii pleni, quale in primo infeudante coniunctum erat, alteri successio- nem in euentum tribuat a); resignatione vero dominii vtis eius- que directo domino facta retraditione, feudum huic aperiri dicitur; nonnullis doctis arrisit: *consensum vasalli in euentualem inuestitu- ram, vim aperitionis feudi habere b)*. Saltem simile quoddam hic interuenisse videtur, ac si vasallus dominium vtile, antea sibi ita tributum, vt omnibus iuribus eidem cohaerentibus et in praeiudicium inuestiti frueretur, in manus domini refutasset, idque rursus, *stabilita per legem inuestiturae alteri successione euentuali, habuisset retraditum*. Quibus itaque admissis, simul probatur, consensum vasalli possidentis, quocumque demum tempore interuenerit, pro pacto, inuestiturae principali adiecto, id est, *lege inuestiturae*, esse habendum. Vtroque igitur casu, quem proposuimus, per hanc legem inuestiturae principalis, successor singularis inuestiturae euentualis, ab antecessore factae, fidem exsoluere obstringitur. *Priori* nempe, quum domino plenum ius sit, nouae infeudationi legem adiciendi; *posteriori*, quia, vasallo inuestiturae suae legem a domino adiungi concedente, quam ipso renuente huic in feudo antiquo dicere haud competiisset, *feudum ex antiquo in nouum transmutatum esse, dominusque primi infeudantis partes iterum recepisse videtur*.

ceditur, successio- nem in feudo instar primi infeudantis definiendi,

quia vasallus dominium vtile in hunc actum domino re- signasse videtur;

a) BÖHMER de oblig. success. etc. §. XVIII.

b) Ita Dominicus Tuschus in consultationibus ait: Tom. III. Lit. F. concl. CXI. nro. 23: potest dominus feudum etiam concedere, licet non sit apertum; sed tamen concessio non obligat successorem, quatenus feudum aperiretur mortuo concedente. *Restringe, quia, si vasallus vivens consentiat, alium inuestiri post mortem suam, valet inuestitura et obligat successorem, quia consensus habet vim aperitionis feudi.* -- Hunc vero non respicere constitutum possessorium i. e. inuestituram puram, sed inue- nient. patet ex Berlichii conclusionibus practicis. II. 54.; qui ita loquitur: Quinimo, quamuis non sit missus in possessionem feudi, *sed quis simpliciter cum consensu vasalli de eius feudo in casum mortis inuestitus erit, tamen valet inuestitura (consentiente vasallo peracta), et successorem obligat.*

§. XXX.

c) quare
 successori
 post dece-
 sum vassalli
 feudum
 aperiri ne-
 quit, quum
 ius eventualiter
 inue-
 stiti ex lege
 primae in-
 vestiturae
 debeat et

Qua propter feudum, quod a primo inuestitore per legem, infeudationi principali additam, tertio in euentum promissum est, *non aperitur*, etiam si vassalli possessoris eiusque descendendum iura extincta fuerint; nec ideo successori singulari, qui casum resoluti iuris vassalli principalis adspexit, ea competunt, quae in feudum apertum domino alias licent. Feudum enim apertum fieri dicitur, si ius eorum, quibus idem *vi primae inuestiturae suae contractus feudalis* tributum erat, desit a). Atqui ius eventualiter inuestiti, huic *per legem contractus feudalis* impertitum b), *ex ipsa prima inuestitura descendisse videtur* (§. XII. et §. XV.); feudum ergo prius aperiri nequit, nisi persolutis omnibus, quae ex inuestitura prima debebant; ad quae idcirco et successio eventualiter inuestiti, in lege primae infeudationis comprehensi, absque dubio pertinet. Existente itaque casu, successio ex lege inuestiturae, inuestito aequae ei competit, qui per communem manum ad eam vocatur, seu filiae, cui in ipsa inuestitura patris, *mediante hoc*, eadem promissa est (cf. supra §. XIII. not. 5.).

- a) BÖHMER de nat. et indole inv. et expect. feudalis. Cap. I. §. I.
 b) BÖHMER princip. iuris feudalis. §. 169.

§. XXXI.

d) aequae ac
 ius simulta-
 nee inuestiti
 a successore
 rati habende-
 dum sit.

Quemadmodum itaque post mortem vnus *simultaneae coinuestiti*, feudum domino haud aperitur, sed in alios, quibus de successione in prima infeudatione *simul* prospectum est, statim transit; et generatim in quacunque successione per pactum inuestiturae stabilita, feudum non prius vacuum ad dominum redit, nisi extinctis omnibus, qui per hoc ad successionem vocabantur (II. F. 23, I. F. 1. §. 5. etc.) ita eadem ratio est, si quis eventualiter per legem, primae infeudationi additam, de feudo inuestitur. Nec vllum hic facit discrimen, *quod hicce cum caeteris simultaneae coinuestitis non sit in eadem infeudatione proprie comprehensus*; quum profecto aliud sit, *in prima infeudatione simul cum ceteris, simultaneae coinuestitis comprehendi*, aliud, *per legem primae infeudationis ad feudum vocari*. Quamobrem successio, ex lege primae infeudationis competens, successorem perinde ac inuestitura principalis obligat; nec non eandem

easdem cum inuestitura simultanea pura, *hoc respectu* vires adipiscitur; retinet tamen nihilo secius omnes inuestiturae euentualis, ex indole domini sub euentu demum concessi defluentes, characteres discretiuos, neque, cum condominium *purum* largitur, tum renouatione indiget a).

a) BÖHMER de ind. et nat. inv. et exp. feudalis. §. 108. et 109. et de inv. simult. ev. non def. renov. §. L.

§. XXXII.

Nil vero, si casus infecutus sit, inter vtramque inuestituram, cum simultaneam, tum euentualem, consentiente possessore peractam, interesse cernimus. Omnibus enim coinuestitis, licet communi cum possidente dominio puro gaudentibus, nullum prius iuris sui exercitium est (nisi quo et euentualiter consensu vasalli inuestitus aequae gaudet, ad impediendum, ne quid agatur, §. XXIII.), quam feudi successio ad ipsos deuoluta sit. Tunc vero inuestitura euentualis nostra iure aequae puro fruitur; quare, quae in pari causa idem efficiunt, eadem quoque haberi possunt.

e) Eueniente enim casu ex lege primae inuestiturae purum euadit.

§. XXXIII.

Ita igitur vltra colligere licet; quum hoc ius, alteri per pactum primae inuestiturae sub euentu tributum, existente hoc statim ab initio purum concessum videatur, euentualiter inuestito, in cuiuscumque demum inuestitori succedentis temporibus dies inuestiturae suae veniat, *subinde dominium purum, reique aduersus quemlibet, ipsumque adeo successorem, possessionem tradere venientem, vindicationem adquiri.* Auctorem habeo III. BÖHMERYM in diss. de oblig. success. ex inv. euent. antecessoris §. XVII.; hisce verbis: "Itaque primi vasalli profapia extincta, ius in re euentuale coinuestitorum *ex lege primae infeudationis purum euadit, cumque legitime sit adquisitionem a quocumque in domino directo successore tribui debet.*"

§. XXXIV.

Quodsi praeterea vasallus dominum directum vel precibus eo mouet, vt inuestituram feudi sui euentualem tertio cuidam largiatur, qualiter in plerisque huiusmodi inuestiturae literis expressum videmus

f) Insupertalis inuestitura similis est aliena-

tioni feudi, quam vafalus fecit in tertium eventualiter, cui dominus per inueftituram confensum fe indulgere declarauit, videmus — vel eidem tantummodo, talem inueftituram conceffuro annuit; idem actum est, *ac fi ipse dominium utile sub euentu in hunc transtuliffet*. Quae vero difpofitio, quum eo demum tempore exitum habere poffet, quo nullum amplius vafallo in beneficium ius fupereffet; *domino inconfulto* in huius praediudicium efferet inualida, feudoque aperto exspiraret. Quod quum inueftitura, confensum domini aperte declarante, impediatur a); hic, fi iuris iftius realis constitutionem per inueftituram comprobatur, *in alienationem feudi conseriffet cenfetur*. Quandoquidem vero, vafallo alienaturo confensum praebendi ad iura domini refertur b); neque fi hanc voluntatem dominus iuste declarauit, cuiquam fuffeffori, huic contradicere licet, omnis rei iusto femper fpectato initio; ita fuffeffor ius in re, a vafallo, adhibito domini confensu conftitutum, fi eiusdem dies venit, reicere nequit. Patrocinium et huic opinioni affert Ill. BÖHMER in diff. citata §. XVIII. his verbis: „Porro, cum antecessor iure suo sic difponat, in fuffefforem non minus iniurius est, ac fi in feudi, aperturae proximi, alienationem, confensum indulfiffet c).

a) BÖHMER in principiis iur. feud. § 262.

b) VVLTEJVS de feudis, p. 611. nro. 61.

c) Idem exprimit HOFFMANN in tract. von der Verbindlichkeit des Landes- und Lehnsnachfolgers an die vom Vorfahren ertheilte Anwartschaft und Eventualbelehrung. Wetzlar 1778. §. 37. „Hätten nochgedachte Hl. Herzöge gar den Lehnsnexus aufheben und solche in allodia verwandeln wollen, wie die Könige von Preußen verschiedentlich in ihren Provinzen gethan haben; so würden seine itztregierende Durchlaucht solches nicht widerrufen können.“

§. XXXV.

II. ex scito
I. F. 3.
cuius ratio
1) genera-
tim deli-
neatur,

Altera nunc quaestio est, vtrum haec principia iuris quoque feudalis Longobardici scitis congruant. Textus de obligatione fuffefforum ex inueftitura eventuali *generatim* edifferentes, praeceteris extant: I. F. 3. I. F. 9. I. F. 25. II. F. 26. §. 2, et II. F. 35. Hi omnes, praefertim vero I. F. 3. et I. F. 9. incripti: *qui fuffeffores feudum dare teneantur*, ideoque ex mente legislatorum omnes et quoscunque, in dominio directo fuffeffores comprehendentes, argumentum adhibita hac distinctione pertractant: *vtrum quis de feudo*

feudo alieno pure inuestitus sit. Tum non valet habita inuestitura. I. F. 9. II. F. 35. an sub die vel conditione aliqua: I. F. 9. seu ex tenore, vt post mortem eius, qui possidet, habeat: I. F. 3. seu, si feudum domino aperiatur: II. F. 35.; tunc interest: 1) successorne sit heres laicus. Adimplere tenetur, I. F. 9. I. F. 3. reliqui, 2) an clericus, i. e. successor singularis. Distinguendum iterum: num inuestitor deceaserit antequam feudum ad se reuertatur. II. F. 35., vel, vt I. F. 3. exprimitur; num ante deceaserit archiepiscopus (i. e. clericus), quam ille, qui feudum possidet. — Tunc ex mente I. F. 3.: Successores non coguntur eam inuestituram facere vel confirmare, etiam si pares eius curtis testes adsint, vel breue testatum inde sit: nisi ille qui inuestituram acceperit, nomine eius in possessionem missus feudi sit, consentiente eo, qui detinet; numue ille, qui feudum possideat, prius deceaserit, quam ille, qui inuestituram fecit. Tum iure inuestitor eam ratam habere cogitur. I. F. 3.

Quibus expositis, patet I. F. 9. et II. F. 35. loqui de vnaquaque inuestitura, in feudum alterius facta; quum pure conditam reiiciant; textum vero I. F. 3. differere tantum de ea, quae hoc tenore data est, vt post decessum eius, qui possidet, inuestitus feudum habeat; i. e. de inuestitura euentuali a); neque purae mentionem ex comparatione aliorum locorum hic occurrere.

a) Cf. quoque §. VII. a not. 5.

§. XXXVI.

Quae igitur textus I. F. 3. in casu nostro, scilicet si feudi apertura in tempus successoris ecclesiastici (i. e. singularis) inciderit, fanciat, his verbis edocemur: *successor non cogitur, eam inuestituram facere vel confirmare: nisi ille, qui inuestituram acceperit, nomine eius in possessionem feudi missus sit, consentiente eo qui detinet.* Ecce limitationem illam, de cuius vera interpretatione tantus opinionum semper fuit conflictus, vt eas lato hic recensu perlustrare summe nos taceat a). Sat erit monere, fuisse, qui verbo missionis in possessionem realem puramque possessionis feudi in inuestitum translationem contineri autumauerint, ita, vt vasallo consentiente non modo, sed et iuri suo prorsus renunciante inuestitura tertii processerit.

E

Alii

a) lites, super eo motae, paucis recensentur et

Alii vasallum ius feudi per realem traditionem in inuestitum ita transtulisse existimant, vt hicce per constitutum possessorium in communionem puram recipiatur, exercitium tamen eiusdem iuris demum feudo per decessum vasalli ad ipsum deuoluto adquirat. Ita Dn. DE ZWIERLEIN *b)*, mitti in possessionem in textu nostro idem esse arbitratur, quod I. F. 25. realem naturalemque feudi possessionem nancisci dicitur *c)*. — Vtramque vero explicationem prorsus admitti nequire, ex sensu textus, in disputationis aleam protracti, comparatisque cum eodem aliis iuris feudalis effatis aperte probatur.

- a) Ex instituto plures recenset BÖHMER in diss. de obl. successoris etc. §. XVIII.
- b) in tractatu: *Ist nach dem Longobardischen Lehnrecht der Agnat Anwartschaften seiner Vorfahren zu vollziehen schuldig*, p. 32. et in: *Zweyen Fragen aus dem Lehnrecht: 1) kann ein Lehnherr, wenn er will, durch Clauseln, die er dem Expectanzbriefe einverleibt, dem Beantworteten Eigenthum übertragen, 2) Macht der Consens des Vasallen in eine Anwartschaft letztere in Ansehung des succedirenden Agnates verbindlich.* 1778. P. 28.
- c) Sciendum est, feudum sine inuestitura nullo modo constitui posse, etiamsi domino iubente quis alicuius rei nomine feudi poss. nanciscatur et teneat; vel in sensu II. F. 26, II. F. 33; quia de eius voluntate possess. feudi nactus sit; II. F. 7. §. 1. in vacuum possess. mittere.

§. XXXVII.

g) referuntur opiniones eorum, qui missionem ex textu I. F. 25. aliique explicare;

Omnino vero argumentum ad distinctionis, quam I. F. 3. initam vidimus (§. XXXV.), amissum pertractandum videtur. Limitatio seu exceptio; nisi — detinet, annexa est tantum priori istius distinctionis membro, ex quibus omnibus haec nunc deducere licet:

I. Quum successor inuestituram antecessoris ratam habere teneatur, si inuestitus in possessionem missus sit, consentiente qui *detinet*; menti et verbis legis prorsus aduerfaretur, si hanc missionem in vacuum possessionem factam esse censeremus. Vasallus enim, tempore, quo inuestitor decedit, feudum adhuc *detinet*; quomodo igitur vacua possessio tradi potuit, quae profecto non nisi ab inuestitore tradita esse debuisset; alias enim non adesset limitatio ex causa speciali, per quam facto antecessoris successor obligaretur. Proinde idem

idem his verbis contineri statuendum foret, quod I. F. 35. dicitur: successor adimplere tenetur, *si possessio rei, pro beneficio inuestitae penes antecessorem fuerit.* Quodsi itaque missio in possessionem, vacuum hanc fuisse praesupponit, et quidem viuento antecessore, qui alias in possessionem sane haud potuisset mittere; qui fieri poterit, vt vasallus decedente inuestitore feudum adhuc *detineat?*

§. XXXVIII.

II. At vero vasallum tempore, quo inuestitor diem obiit, feudum adhuc detinuisse, patet ex tota distinctionis memoratae ratione, quae, si vacuum fuisse possessionem concederemus, tota corrueret. Quam enim in alia si verba conuertimus, haec est; vel antecessor euentum, quo possessio rei, pro beneficio inuestitae penes se futura sit, adspexit, vel non. Vtteriori in casu non tenetur, nisi etc. Quodsi vero ponimus, missionem hanc fuisse actualem possessionis vacuae traditionem, non potuit non casus exstitisse viuo antecessore, quamobrem limitatio prioris membri idem exprimeret, quod in altero proponitur, et hoc modo esset distinctum: vel possessio feudi antecessori viuo plene iam competit, vel non. Hoc casu non tenetur successor, nisi feudi possessio plena iam penes antecessorem fuerit hicque eam alteri contulerit. Quae ita etiam intellexit ROSENTHAL in libro de feudis cap. VI. conclus. XIV. glossa 8. his verbis vsus: "Arbiträrer, textum I. F. 3. ita esse exaudiendum vt successor praelati quidem teneatur, si Sempronius ille possessione cessit, nouum vasallum induci passus et feudum domino, vt nouo huic plane conferat, sic tacite refutauit. Sed nec illa videtur esse mens I. F. 3. quia hac ratione feudum reuera huic praelato, tertium inuestienti, non autem successoris apertum feret."

§. XXXIX.

III. Quae cum ita sint, saltem ex opinione Bitschii, quin eorum etiam, qui inuestitum a vasallo principali, hoc tamen seruato integro, in communionem iuris puri per constitutum possessorium receptum esse aiunt, prono alueo flueret, textum nostrum de inuestitura, in feudo alterius consentiente possessore *pure* constituta loqui. Hoc vero nec ipsa textus nostri, de feudo, alicui tantum

in eum casum indulto, vt post decessum eius, qui possidet, habeat, statuentis, compages, nec aliorum cum eo locorum comparatio admittit. Nam si haec esset mens iuris nostri, limitatio illa opportunius sane accessisset verbis II. F. 35: *siquidem pure* (scil. inuest. data fit), *non valeat* (cf. §. XXXV. in fine). Ponamus vero, per missionem in possessionem textum nostrum intelligere constitutum possessorium, quo vassallus, possessione naturali sibi ad vitam seruata, in possessionis ciuilibus communionem inuestitum acceperit; id rursus cum rationi, tum iuris Longobardici ipsius indoli obstaret. Primo enim cogitari vix poterit, quemquam concedere alicui feudum in euentum, ita, vt post decessum alterius habeat, eundem autem inuestitum simul in possessionem feudi puram, consentiente possessore mittere. Tunc enim iam haberet id, quod inuestitura in euentum sibi polliceri posset, nec opus fuisset inuestitura in euentum concessa. Deinde vero inuestiturae ea Longobardis prorsus incognita fuit species, qua in condominium purum cum possessore in solidum quis immittitur; quae potius feudi communis species merito, vt supra exposuimus, Saxonici iuris propago habetur a) (§. VIII.). Nonne igitur Dn. DE ZWIERLEIN in contrarias partes disceptare videtur, si autumat: "*der Vasall müsse vorgedachten Texten (I. F. 3.) nach wirklich vom Lehn eventualiter Besitz ergriffen haben;*" et hanc opinionem auctoritate Saxonum confirmare studet? (tractat. cit. p. 37.).

a) BÖHMERS princ. i. f. §. 157. Eiusdem obs. iuris f. obs. VIII. de feudi communis diuisione §. 9. et eiusd. diss. de obl. success. §. XVIII.

§. XL.

IV. Quare, quum in textu nostro feudi tantum sub euentu respiciatur concessio, vacua et naturalis possessio nullo modo tradi potuit. Qui enim alias opus esset, vt successor talem inuestituram, ab antecessore datam, *faciat et confirmet*? Quid vero hinc verbis aliud continetur, quam: vt successor per collationem actualis possessionis, inuestiturae implementum addat? vti II. F. 35. dicitur: *successor cogitur eam adimplere*? Possessionis traditio enim est factae inuestiturae adimpletio; euinentibus II. F. 26. verbis: *si facta de feudo*

feudo inuestitura poeniteat dominum, antequam possessionem transferat, II. F. 33. verbis: possessionem feudi nancisci; denique II. F. 35. dicente: *possessionem tradat et inuestituram adimpleat?* Siquidem igitur vi huius exceptionis; nisi — detinet, successor tenetur inuestituram *facere vel confirmare*; haec missio, in limitatione obueniens, non potest esse eadem inuestiturae confirmatio seu, vti II. F. 35. dicitur inuestiturae per possessionis traditionem adimpletio; quum confirmatio illa, a successore peragenda, in anteriori missione in possessionem, consensu vasalli facta, fundata sit.

§. XLI.

Quibus omnibus iusta perpenis trutina, nulla prorsus ratio adesse videtur, cur missionem in possessionem, I. F. 3. obuenientem, eandem esse, cuius I. F. 25. II. F. 7. §. 1. aliisque in locis mentio fit, obstinate inhaereamus, siquidem vox, tam ambigua, tantique ambitus ex communi interpretatione certe explicari nequit, si tota tunc verborum iunctura inexplicabili obscuritate inuolueretur. — Summe vero arridet, omnesque scrupulos euitat eorum interpretatio, qui voce *missionis in possessionem* illam Longobardis vt supra dictum, maxime vsitatam *inuestituram symbolicam*, quando nempe hasta vel aliud corporeum quidlibet porrigitur, a domino, inuestituram se facere dicente (II. F. 2.) intelligi arbitrantur. Itaque verba textus nostri hoc modo explicamus: *nisi ille, qui inuestituram acceperit* (i. e. ita, vt post decessum eius, qui possidet, habent) *nomine eius* (vi eiusdem) *eventualem feudi possessionem* (sive totum ius, quod alteri in eo erat, per resignationem illius, coram iudicio et ritu solenni, traditionis instar, peractam) *cum consensu vasalli possessoris nactus sit.*

4) opinio
probatior
proponitur
et

§. XLII.

Quomodo autem fieri potuerit, vt *missio in possessionem* significatu tali venire queat, ita nobis explicari posse videtur. Easdem mutationes, quae voci inuestiturae contigere, subiit quoque verbum: *missio in possessionem*. Antiquissima enim feudorum transferendorum ratio, cum coniuncta fuerit cum *missione in possessionem*, qualis I. F. 25. intelligitur, ansam praebere potuit, vt in-

5) vindica-
tur.

vestitura in textu II. F. 2. minus recte *possessio* dicta sit a). Provenientibus deinde feudorum in euentum per ritus solennes concessionibus, quae, quum inuestitura, dominium solummodo transfrens, et absque possessionis adeptione condi poterat, pari iure atque effectu inuestiturae nomine insigniri debebant, vocabulo missionis in possessionem in determinanda feudi, absque possessione, facta collatione, itidem locus esse potuit; quum, quae ad inuestiturae substantiam requiruntur quibusque et sine rei traditione apud Germanos quis omne ius in se recipere ideoque ab effectu in possessionem missus esse dici poterat, symbola videlicet et iudicialis auctoritas peraeque in hac inuestiturae specie aderant. Proinde equidem cenfeo, significatum missionis in possessionem, qui antiquissimo, inuestituram condendi modo, *proprie* erat congruus b), dein quoque inuestituram absque possessione symbolicam retulisse; ideoque in nostro textu illo in genere quidam exprimi *inuestituram*; speciatim vero respici *actum solennem*, quo, *per symbola scilicet et coram iudicio translatio domini apud Germanos peragebatur et per consequens possessio transferri poterat*. Quare exceptionem illam, saepius memoratam, ita conuertimus; nisi ille, qui inuestituram acceperit, vi illius per symbola et solennia dominium feudi iam in euentum adeptus sit; ita vt per missionem in possessionem effectus inuestiturae euentualis (hoc enim suadere videntur verba: *nomine eius*) et iura, per eandem tributa, indicata sint. Hac itaque, ardui nimirum et summopere vexati textus explicatione admissa, in qua V. C. BÖHMERI castra nos esse secutos, grate confitemur, non opus quoque esse arbitramur interpretatione, cui ad leuandas eisdem textus difficultates, parens illius J. H. BÖHMER indulgit c).

- a) Du Fresne in glossario sub voce *inuestitura* VVLTEJVS c.VII. *Inuestitura*, vt mihi videtur generatim denominatione melius latina *missionis* in *possessionem* expressa est.
- b) II. P. 26. §. I. Si de feudo defuncti militis sit contentio inter dominum et agnatos defuncti — agnati in *possessionem feudi*, de quo quaeritur, *constituendi sunt* i. e. inuestiendi sunt. Cf. BITSCHIVM p. 385. et II. P. 20.
- c) Is enim in diff. de feudis ecclesiast. Cap. III. §. 20. et 21. arbitratur, Feuditiam hic reguistasse praxin Capitalorum, secundum quam in conferendis praebendis distinguitur inter expectantiam simplicem et *qualificatam*

catam i. e. actualem beneficii eccl. per solennem inuestiturae ritum collationem (cf. super eo SCHMITTII *diff.* de expectatiuis in Canonico in Mayeri thesauro nouo iuris ecclesiastici Tom. I. a pag. inde 249., Cap. II. § 6.); illam in textu nostro intelligi verbis, inuestituram *dare, facere et accipere*: hanc vero denotari per *missionem in possessionem*. Attamen huius vestigiis quo minus inhaereamus, haec nos impediunt:

- 1) expectantiae simplicis, qua tantummodo ius ad rem tribuitur, dominoque iniungitur obligatio, cum hoc ipso emoriens, cum verbum tum ipsam rem Longobardos ignorasse autumo. Cuiusuis rei immobilis translatio ita enim erat annexa solennibus, symbolis, omnibusque, quae inuestituram i. e. obligationis firmamentum constituebant, vt his deficientibus nullum ius datum et impositum videtur. Exinde tenuis apud Germanos promissionum nudarum vsus et auctoritas affatim perspicitur, neque vlllo iuris nostri loco probari poterit, simplicem promissionem vniquam inuestiturae sub denominatione venisse.
- 2) Praxin capitulorum eius temporis Feudistam ante oculos habere potuisse, vix est, quod assequor. Nam primum tota textus nostri ratio demonstrat, sermonem haud esse de feudis ecclesiasticis, stricte sic dictis, quum postea fanciatur: *Laici vero isdem modis omnibus, quibus supra diximus, si aliis inuestituram dederint*; et plures loci alii idem probent I. F. 9. II. F. 35; (cf. quoque J. H. BÖHMERM I. c. Cap. II. §. 5); deinde vero a plerisque statutis et ipse auctor affert (Cap. III. §. 20. initio) expectantias in Canonicatus Saeculo primum XII. inualuisse (SCHMITT *diff.* cit. §. 3.). Ius vero Feudale saeculo quidem XII. ad finem vergente excussum dicitur; attamen, quam totum compositum atque congestum sit ex consuetudinibus, quae iam a remotiori inde aetate in curiis feudalibus obtinuerant; in hac congerie locus vix iam concedi potuit instituto, quod vel prorsus nondum aderat, vel saltem haud tamdiu durauerat, vt iam ad tam acutas distinctiones excoli potuerit.

§. XLIII.

Quare, quum aliud ex hisce verborum laqueis effugium non reperitur, nisi, quo antea nosmetiplos expediuimus; persuasum habemus: inuestituram euentualem, comprobante vasallo possessore peractam, *quemuis* successorem singularem *et vi ipsius iuris Longobardici*, stringere.

CAPVT IV.

*De vsu consensus vasalli possessoris eiusque adplicatione in
S. R. Imperio.*Instituti
ratio.

Tela iam iam ad finem perducta, opera subseciua adhuc intueri liceat, quasnam vires inuestitura euentualis, si a vasallo principali comprobata sit, et hodiernum adipiscatur et quomodo per eam obstringi queant, qui apud nos dominium feudi directum titulo singulari in se recipiunt; quatenus denique idem consensus amplius desideretur vel aliis institutis superuacaneus videri possit. Quum autem successores singulares discerni soleant in eos, qui I) *iure absolute proprio*; e. g. titulo nominationis vel electionis succedunt; et II) in eos, qui quidem *beneficio defuncti* ad successionem in dominium directum haud peruenere, attamen vel ab hoc procreati, vel a communi cum eodem stirpe geniti sunt; illorum in Germania potiores reperiantur: I) Imperator, II) Principes ecclesiastici immediati non solum sed et praefules quicunque, qui bona ecclesiae in feuda concedere solent; horum vero in ordinem referantur principes S. R. I, saeculares; hac admissa nos etiam diuisione argumentum pertractabimus.

S E C T I O I.

De vsu consensus vasalli possessoris in inuestituris euentualibus seu expectatiuis in feuda imperii.

§. XLIV.

Inuestitura,
ab imperatore, statibus consentibus facta, euentualis, semper tamen irrequisito vasallo celebrata est,

Quae hucusque de coniuncto per pactum inter dominum atque vasallum vtroque feudi dominio diximus (§. XIX. et §. XXVIII), ita solummodo sibi constare queunt, *si plena de feudo disponendi facultas inter hos ipsos reuera diuisa est*. Nam, quotiens ius, de feudo quoad proprietatem disponendi ad aliorum quoque, quorum in beneficii collatione interest, consensum adstringitur; actus, vasalli et domini in vnum placitum consensu conditus, tunc primum, si et

fi et ab his comprobatus sit, pleni domini iure initus censetur. Ita nunc etiam imperator in concessione feudorum imperii, quorum ad ipsum dominium directum pertinet, respicere tenetur consensus statuum imperii, eo modo, qualem in Capit. Caesareae art. XI. §. 10., stabilitum inuenimus a). Inde vero prospicitur, hunc consensum confirmando solummodo iuri domini directi, actuique, qui, si ab hoc solo iniretur, iure nullo staret, rite condendo inferuire b); neque igitur inuestituram, vigore constitutionis illae, adhibitis statibus factam, etiamsi per art. XI. §. 12. dictae capitulationis c), et successor illam rati habere obstringatur, alias vires adipisci posse quam quibus quaecunque feudi in euentum concessio inconsulto vasallo condita in regula gaudet.

a) Cf. BÖHMERYM in i. f. §. mibi 248.

b) MOSER in Reichshofrathspruceß p. 218. Haben die, so nach den Reichsgesetzen darin bewilligen müssen, wann eine Anwartschaft gültig seyn solle, ihren consensum dazu ertheilt; so ist in alle Wege ein Nachfolger an seiner Vorfahren Verspruch gebunden, weil alle Interessenten darin gewilligt haben: ist aber jene Bewilligung noch nicht geschehen — so ist der ganze Handel noch ungültig.

c) BÖHMER princ. i. F. §. 449. PÜTTER in inst. iuris publ. §. m. 409.

§. XLVI.

Vasallus igitur, accedente consensu domini feudum nihilominus imminuere, hypothecis onerare vel alienare potest a), dummodo et status eundem actum comprobent. Quod vero, quum saepius omittatur b), iam a remotiori inde aetate fuere, qui in iure suo tuendo solertiores, neque in imperatoris concessione neque in statuum consensu acquievere, sed inuestiturae suae euentuali alia firmamenta superaddi curauerunt. Quibus ex causis non solum a statibus prouincialibus territoriorum, in quae ipsis data erat inuestitura, homagium euentualiter sibi praestari, haud raro studuerunt c), verum etiam saepenumero consensum vasalli principalis requisierunt, quo, sicuti MASCOVIVS ait, hic stringitur, ius euentualiter inuestiti agnoscere, et absque eius comprobatione omnia agere impeditur, quo feudum minui possit. Inuestitura euentualis igitur tunc demum effectus illos fortitur, quos supra recensuimus d), ideoque consensum vasalli possidentis et post inuestiturae

summae utilitatis semper fuit, si et vasalli possessoris in eam consensum impetrare.

F

a sta-

a statibus adiectam adprobationem, summae utilitatis esse, habebimus, qui neget, certe neminem.

- a) Cf. MASCOVIVM in tractatu de expect. in feuda imperii §. XLII.
 b) Ingentem expectatarum, in feuda imperii, quae effectu excidere, copiam enumerat Dn. de ZWIERLEIN in: *Erörterung beyderseitiger Rechtsgründe in Sachen Schulenburg ctra Braunschweig Wolfenbüttel* §. 66.
 c) Quae cura fuit Saxonum cf. MOSER in *Reichshofr. Proceß.* p. 197. et 198: *das Haus Sachsen ließ sich von der Clevischen Landschaft Reversalen ausstellen, daß, sobald keine männliche Erben mehr vorhanden seyn würden, Sachsen in allen Ländern folgen sollte.*
 d) MASCOV de exp. in feuda imperii §. XLII.: *Aliter res se habet, vbi simultanea inuestitura accessit aut ipse vasallus possidens de ea cum expectante pepigit.* MOSER in *Rhr. P.* Tom. III. p. 222.

SECTIO II.

De usu comprobationis a vasallo possidente adiectae inuestiturae, quam Princeps ecclesiasticus sive Praelatus fecit.

§. XLVII.

Consensus
 vasalli in-
 utilis qui-
 dem reddi
 videtur, ac-
 cedente in-
 vestiturae
 consensu ca-
 pituli, attra-
 men summi
 nihilominus
 est usus,

In praesulatibus Germaniae comprobationi inuestiturae eventualis a vasallo impetrandae superfederi posse vulgaris est opinio, per *consensum capituli*, inuestituris a praelato de bonis ecclesiae concessis, adhibitum. Quam opinionem prae ceteris fouet Kochius in tractatu de inv. et exp. feudali, Cap. III. §. 24., qui, postquam difficultates, in textu I. F. 3. explanando, obuias, tetigit, subiungere sibi visus est: „At capitula praesulatum Germanicorum per capitulationes, episcopis praescriptas ita sibi prospexere, vt sine ipsorum consensu expectantiae amplius concedi nequeant, vt consequenter *questio illa non amplius moueatur*, nam, quae capitulo volente in praesulatibus fiunt, immutabilia sunt a).” Quare, quum secundum hanc opinionem, consensum vasalli possessoris inuestitus negligere posse videatur, nostrum vero sit, vim huius consensus exponere; et huic asserto obuiam eundem, vt conuulso eodem, summa illius comprobationis et post consensum capituli adhibitum, utilitas appareat.

a) Cf.

- a) Cf. quoque VVLTEJVM p. mibi 579. Quare circumspectus sit, aientem, qui in tempus mortis alterius a Clerico inuestitur, petatque se vel cum consensu capituli inuestiri vel immitti in possessionem, eo qui detinet, consentiente. Ita igitur Vulteijs parem vim adscribit impetrationi consensus capituli et consensus vasalli possessoris.

§. XLVIII.

Quodsi ponimus, in plerisque praefulatus capitula iam a saeculis inde ad consortium quoddam in regendo episcopatu sefe enexisse iisdemque per pacta et capitulationes ius esse quaesitum, consensum adhibendi feudorum, quas praelatus facere cupit, concessionibus a); has vero concessiones ab episcopo vi domini directi iniri liquet; consensus capituli ad ea tantum referri potest, quae vi domini directi celebrantur. Quare dicere fas erit, quod iam supra adplicauimus (§. XLIV.), dominium directum haud in totum esse penes episcopum sed pro parte iis etiam competere, quibus inconsultis illud exercendi nulla episcopo copia est. Consensus itaque capituli non pertinet ad ea, quae in inuestitura communiter adhiberi solent, quaeque ab ea abesse possunt (§. X.) sed potius ad eiusdem essentialia, eoque deficiente inuestitura jure condita esse censerit nequit. Aliud vero prorsus obuenerit in consensu vasalli principalis, sine quo inuestitura quidem utique valet, per quam vero efficitur, ut pleni domini iure condita videatur. *Quod hic autem aperte non contingit, si nihilominus inuestitura inconsulto vasallo peragitur.*

- a) III. PÜTTERI *Rechtsfälle*, Band I. Theil II. p. 505. SCHMITZII *dissert. de expectat. in Canonicatus supra cit. cap. 3. §. 25. not.* STRVBEN *Nebensünden*. Tom. I. p. 135.

§. XLIX.

Finem, quare capitula ius sibi vindicare perstiterint, consensum in inuestituris principi siue praelato ita impertiendi, ut hoc deficiente negotium nullum sit, alium excogitare haud possumus, quam: *ne ecclesiae bona ex peruerso praelati usu detrimentum capiant.* idemque est, ex quo praelatis omnium, quae in dominico ecclesiae sunt (II. F. 35.), alienatio interdicitur. Quare, si capitulum in euentuallem inuestituram consentit, proprie non comprobatur neque confirmatur ius inuestiti, sed potius praelati facultatem, feuda

feuda concedendi, ex parte domini directi, quam sibi vindicavit, supplet. Consensum itaque capituli *eatenus solummodo successorem obligare arbitror*, quatenus actum inuestiturae tempore ipsius concessionis debito modo processisse inde probatur et huius inuestiturae vis ad successorem quoque perdurat, e. g. si capitulum annuerit inuestiturae eventuali, ob bene merita alicui indultae. Tunc, quum haec sit causa specialis, ex qua episcopus successor tenetur a), per consensum capituli probatur, rem ita sese habere et inuestituram iustis ex causis a praelato esse celebratam; *neque vero consensum capituli per se successorem obligare posse arbitror b)*, quum naturaliter nemo ex alterius facto teneatur, et ne quidem electus facta eligentium vlllo modo praestare cogendus videatur c).

a) BÜHMERS i. f. §. 171. eiusd. diff. de obligat. success. §. 20. STRVBEN *Nebensünden*. Tom. I. p. 134.

b) Quum enim capitulum ipsum feuda concedere nequeat, qui cogitari potest, successorem per consensum capituli solum teneri. Si verum est, absque eius comprobatione inuestituram non subsistere, inuestitura tunc demum valida est, si illa accessit; et consensus capituli nil per se efficit, quum tantummodo sit *accessorium* largitionis, a Praelato factae. Si itaque per leges feudales inuestituram antecessoris successor ecclesiasticus ratihabere haud tenetur, quomodo solo capituli consensu huc moueretur, haud est, quod assequor.

c) STRVBEN *obf. iur et hist. IV. 24.*

§. L.

H. tum ad
impedien-
dum, ne
quid a va-
sallo posses-
sore agatur.

Eadem insuper omnia, quae inuestiturae, irrequisito vasallo conditae, aduersa accidere posse, supra deduximus, pari modo in inuestituram cadere possunt, *etiamsi consensu capitali gaudeat*. Fac itaque inuestituram a praelato factam esse, comprobatione capituli solenni modo per sigilla vel in speciali adeo instrumento infsecuta. Vasallum porro possidentem implorare fingamus assensum domini in hypothecam vel alienationem. Tunc communis opinio est, episcopum irrequisito capitulo feuda hypothecis onerare posse a). Missa vero etiamsi haec facimus, in aprico tamen est, durante episcopi regimine capituli confortium vix eo valere, vt omnia domini vasallique molimina, ad reprimendum casum aperturae tendentia, impediatur b). Nam consensus capituli profecto id tantum efficere

efficere posset, vt casu infecuto feudum inuestitus adipiscatur; si casus vero interuertitur, nil quoque operatur consensus, qui eum spectat. Haec quidem haecenus. Ponamus autem porro, successorem eius, qui inuestituram euentualem tribuit de feudo, vasallo in allodium conferendo cogitare. Feuda ecclesiae hodie vix aliquid prodesse amplius videntur, sublatis rationibus, quarum causa olim plerumque constituta sunt c). Praeterea haud leui ex parte allodiorum in feuda oblationi natales debent. Si itaque vasallus praedium a maioribus, ecclesiae in feudum oblatum filiabus conseruatum habere cupit, promisso annuo censu vel grandi pecunia, capitulum raro certe consentire renuet. Quid tunc ei, cui in idem feudum inuestitura euentualis contigit, amplius superest? Episcopus se vi legum iuris feudalis nullis antecessoris factis teneri, prohibebit. Capitulum, ex consensu suo conuentum, opponere poterit: se tantum comprobasse inuestituram euentualem ipsam, quam episcopus concesserit, neque vlla ratione ad eandem implendam teneri posse. Detrimentum ecclesiae nunc non contingere, siquidem per hanc feudi alienationem ecclesia maxima potius emolumenta esset perceptura. Se episcopum impedire non posse, quo minus faciat, quae ad salutem ecclesiae aperte spectarent.

a) STRUBEN I. c. p. 137. et praecipue 141.

b) Idem I. c. p. 174.

c) Eiusdem *Rechtl. Bedenken*. Tom. II.

§. LI.

Quum igitur inuestitura, a praelato cum consensu capituli, *etiamsi intra limites potestatis bene merito contigerit*, nihilominus a domino tantum directo celebrata sit; effectus, quos inuestituram, ab eo, penes quem plenum feudi dominium est, factam sortiri nouimus, tunc demum illi accedunt, si et vasallus possessor per legem inuestiturae dominium vtile tertio stipulatus sit; ideoque negari nequit, consensum vasalli summo vsu et post comprobationem capituli accedere; eundemque omni tempore prouide esse adhibitum, documentis plurimis illustratur.

S E C T I O III.

De usu consensus vassalli possessoris in inuestituram euentualem a principe saeculari S. R. I. concessam.

§. LII.

Successores
in principatu
saepenumero
inuestituras
euentuales
ab antecessoribus
datas, reie-
cere;

In primis nexus feudalis incunabulis, obligatio ex inuestitura euentuali ad quoscunque principis, qui eam largitus erat, successores, iam ex sua natura, pertingere debuit, quum hi expedito vassallorum comitatu aequae ac antecessor indigebant. Proinde, si hicce euentualiter iam prouiderat, vt vassallos, qui actu seruitia praestabant, mortuos, alii, cum quibus iam solenni ritu super eo pactum erat, exciperent; tantum aberat, vt successori praeiudicium inferret, vt potius summe eidem confuleret *a*). Attamen, mutata temporum conditione, sublata militia feudali, stabilita principum superioritate territoriali, firmataque pace publica, harum quoque rerum facies in plane aliam abiit, principibus, qui interdum et ex domaniis praedia intuitu seruitiorum depromferant, summe nunc studentibus, vt eadem rursus ad se traherent. Quorum conatum pertaesi status prouinciales, veritique, ne tota ipsorum compages dissolueretur, hos quidem pactis initis saepenumero adegerunt *b*), vt feuda post aperturam aliis rursus nobilibus conferrent. Quam aegre vero nunc tulerint iidem principes inuestituras, ab antecessoribus datas, euentuales, facile perspicere possumus, quum haud raro per eas, ipsis omnis feudum apertum conferendi nobilesque eo sibi deuinciendi facultas, subtraheretur. Vnde orta videntur pleraque pacta familiae, quibus euentuales inuestiturae reprobantur, quibusue omnis territorii partium integranrium alienatio prohibetur; vnde venit, vt agnati filiique tam saepe ad ius feudale eiusque principum: successorem singularem non teneri per inuestituram euentualem antecessoris, prouocauerint,

a) STRUBEN *Rechtl. Bedenken*. Tom. I. Bed. II5.

b) BÜHMER de natura et indole inv. et exp. feudalis. §. VI.

§. LIV.

Quibus praemissis, quaestioni, vtrum valeat inuestitura euen-
talis, consentiente vasallo data, ita satisfacimus. I) Plurima
fane territoriorum feuda inde orta sunt, quod medii aevi tempo-
ribus singuli nobiles praediorumue allodialium possessores — qui
alias nexum feudalem libertati ac nobilitati suae maxime noxium
putabant a) — vel propter feruitia *equestris* et *aulica*, acceptis a
principe beneficiis oneri vasallitico sese subduxerunt vel, pro tem-
porum, diffidationibus expositorum conditione, tutela imperatoris
expertes, praedia libera principi potentiori seu duci, cui suberant,
in feuda obtulerunt b), quo sub praesidio huius melius sese tueri
possent. Ita quoque, quod terras nostras attinet, LEYSERUS c) iure
ait: "Dantur adhuc hodie in D. Br. Lun. bona Landsassica mere
„allodialia, id quod antiquam praediorum nobilium conditionem
„satis arguit." Maxime vero probabile est, plurimos Landsassios
ditionum B. L. ab Ottone Puero imperatori et imperio in feudum
oblatarum, eius ad exemplum praedia allodialia duci suo obtulisse
et oblata sub lege fidelitatis recepisse. — Proinde et successori
incumbit obligatio, eos, qui vel precibus vel consensu eorum, qui
praedium titulo dominii utilis in se receperant, eventualiter ad id ipsum
vocabantur, admittendi, quum iam omnia negotia, titulo oneroso
condita, ab utriusque paciscentis heredibus, seruari debeant.

a) LEYSER de feudis Brunsvicensibus. Cap. II. Sect. I. nro. 10. et II.

b) STRUBEN in den Nebenstunden. Tom. IV. 22. §. 25. Die Fürsten mach-
ten sich mittelst vieler Lehncontracte den, unter ihnen gefessenen Adel noch
verbindlicher. Mancher enthielt von ihnen ein Lehn, um der Ritter-
dienste theilhaftig zu werden. Mancher wurde auch bewegt, sein Erbe
einem großen Herrn zu Lehn aufzutragen und also den Schutz zu
kaufen, welchen er von der ordentlichen Obrigkeit nicht erlangen konnte.

c) Loc. cit.

§. LIV.

II) Proinde, quemadmodum princeps obligationi ex inuesti-
tura simultanea descendenti, subterfugere nequit; ita etiam inuesti-
turam

praesertim,
si dispositio-
nem legis

I. F. 3. tanquam successores singulares, in semetiplos adplicant. turam euentualem, consensu possessoris datam, quae per legem primae infeudationis condita censetur, eosdemque cum simultanea effectus casu infecuto adipiscitur, rati habere obtrahitur. Quod si itaque certum est, cum status provinciales, si iidem iure consensum infeudationi impertiendi gaudent, consensisse, tum annuisse agnatos siue fratres, separatos quidem, attamen in condominio pro indiuiso constitutos; insuper feudum accenseri rebus, infeudari solidis neque esse partem reipublicae integram, alienari prohibitum; denique, si ex omnibus his constat, inuestituram euentualem tempore concessionis ab omnibus iis esse adprobatam, *ad quos coniunctim plenum feudi dominium pertinuit*; successor etiam singularis nullo modo ea supersedere poterit.

III) Praeterea, si agnati, filiiue, in principatu succedentes obtendere consueuerunt: in se, tanquam successores singulares non transire obligationem ex inuestitura euentuali antecessoris; accipienda quoque iisdem erit cum hoc principio limitatio, quae in textu I. F. 3. eidem annectitur et seruanda vtique inuestitura, in quam is, qui feudum detinet, consensum indulsit.

Göttingen, Diss., 1796-97

ULB Halle


3

005 303 338



SB





FRANCISCI ARNOLDI REICHE

KIMBECENSIS

499
1797, 5
17

C O M M E N T A T I O

SISTENS

EXPLORATIONEM QVAESTIONIS

QVAENAM SIT VIS INVESTITVRAE
EVENTVALIS, ACCEDENTE VASALLI PRINCIPALIS
CONSENSV IMPETRATAE?

IN CONCERTATIONE
CIVIVM

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE

DIE IV. JVNII MDCCXCVIL

PRAEMIO REGIS M. BRITANNIAE AVG.

MVNIFICENTIA CONSTITVTO

AB

ILLVSTRISSIMO IVRECONSVLTORVM ORDINE
ORNATA.

*In ipſis rebus, quae diſcuntur et cognoſcuntur, invitamenta inſunt, quibus ad
diſcendum cognoſcendumque mouemur.*

CICERO.

G O T T I N G A E

TYPIS IOANN. CHRISTIAN. DIETERICH.

